


1837
ARTES
SCIENTIA
VERITAS
LIBRARY OF THE
UNIVERSITY OF MICHIGAN
E PLURIBUS UNUM
TUEBOR
SI QUAERIS PENINSULAM AMOENAM
CIRCUMSPICE

CATVLLI VERONENSIS
LIBER

AD OPTIMOS CODICES DENVO COLLATOS

LVDOVICVS SCHWABIVS

RECOGNOVIT

INDICES
TESTIMONIORVM ET VERBORVM CATVLLIANORVM
ADIECTI SVNT

BEROLINI
APVD WEIDMANNOS
MDCCCLXXXVI

Cum Catulli textu qui infra legitur in hac editione collatos exhibui hosce duos codices:

G *codex est parisiensis* 14137 (*olim sangermanensis* 1165) *membranaceus, altus* $0{,}243^m$, *latus* $0{,}169^m$, *foliorum* 36. *paginae singulae uersus* 33 *habent. continet solum Catullum. in fol.* 36^r *subscriptio exarata est quam p.* 101 *inuenies. unde librum constat die* 19^0 *mensis octobris a.* 1375, *quo die Casignorius, princeps Veronae, mortuus est, Veronae a scriba absolutum esse. scriptura codicis pristina* (*G*) *saepe rasuris et correcturis affecta et uariis lectionibus instructa*
G^1 *est: quarum multae ipsius manus primae* (G^1) *aut sunt aut esse uidentur. aliae plurimae debentur correctori prima*
g *manu* (*G*, G^1) *paullo recentiori* (*g*). *paucae sunt recentissi-*
γ *mae* (γ). *cum in singulis locis haud raro difficillime dignosci possit quae partes aut librarii* (*G*, G^1) *aut correctorum* (*g et* γ) *fuerint, mirum non est quod eorum qui librum examinauerunt iudicia saepe inter se discrepant. — folia* 35^u *et* 36^r (= c. 110, 7—116, 8 *cum subscriptione*) *in Aem. Chatelanii palaeographiae classicorum latinorum* (*Parisiis* 1884) *tab.* XV *solis ope descripta sunt. praeter huius libri collationes a Rossbachio Ellisio Baehrensio editas praesto mihi fuit collatio a Frid. Duebnero olim mihi diligenter confecta, deinde collatio a Max. Bonneto a.* 1876 *accuratissime facta, cuius usum uir doctissimus liberaliter mihi concessit* (*cf. quae Bonnetus, revue critique d'histoire et de littérature* 1877 1, 57, *de hoc codice optime disputauit*). *denique ipse codicem Tubingam mihi humanissime transmissum a.* 1877 *contuli.*

O *codex oxoniensis* (*olim uenetus*), *inter bibliothecae bodleianae libros canonicianos* 30 (*cf. Coxii catal. codd. bodleian.* 3, 124) *membranaceus, altus* $0{,}27^m$, *latus* $0{,}20^m$. *folia habet* 37 *uersuum* 31. *continet unum Catullum. circa a.* 1400 *scriptus esse uidetur. folium* 26^u (= c. 64, 336—366) *in Ellisii editione altera p.* 146 *solis ope descriptum est. post Ellisium et Baehrensium, quorum suam uterque collationem*

huius libri edidit, et K. P. Schulzium, qui in Herma (13, 50—58) baehrensianam collationem suppleuit, ipse codicem Tubingam liberalissime transmissum a. 1877 contuli.

V consensus librorum G et O.[1])

Libri G et O inter se simillimi omnium codicum catullianorum, quotquot adhuc innotuerunt, integerrimi sunt. quorum cum utriusque aut alterutrius siue textu (G O) siue lectionibus praeter textum additis (G¹ et g) ceteri libri boni (h. e. raro interpolati) paene ubique per totum librum consentiunt. ut intellegi possit ab utra parte, ubi G et O inter se discrepant, maior pars bonorum librorum stet, lectionibus aut
G* in G solo uel paene solo aut in O solo uel paene solo tra-
O* ditis asteriscum (*) addidi. qui ubi in lectionibus codicum G et O inter se discrepantibus omissus est, sciendum est ab utriusque codicis parte plures codices bonos stare. raro ad-
V* hibitae sunt notae V* et g*: quarum V* indicat lectionem hac nota insignitam e nullo praeter G et O codice enotatam
g* esse: g* autem lectionem cui asteriscus adscriptus est g solo

---

1) Carmina singula ubi in V inter se separantur interstitio unius uersus separantur. carminibus in G et O a prima utriusque manu tituli nulli praescripti sunt, nisi quod in G titulos carminis quarti quinti sexti manus prima scripsit: ceteros exarauit g. cum carminum inscriptionibus quae in G leguntur inscriptiones in reliquis libris bonis obuiae conspirant. in G et O fere ubique scripta sunt e pro ae et oe atque nichil (nichilo) et michi pro nihil (nihilo) et mihi (in O quidem pro nichil et michi saepissime nich' uel nl' et mͥ legitur: item pro sed O saepissime sꝫ exhibet). haec in uariis lectionibus enotandis non curaui, item neglexi praepositiones cum casibus coniunctas (uelut afluctu, ame, deprona, exillo, inlimine) et similes litterarum coniunctiones disiunctionesue (multaque = multa quae, ohymenee, at petenti = atpetenti, ad ultera): item y et i litteras in graecis commutatas (ciclades, hiperboreos, libisse, onix, symonideis), h litteram male positam (linthea, endecha sillabi, harpocrathem, opacha), ci et ti syllabas inter se confusas (diuiciis, elegancius, egnacius, gracia, lecius, uirencium) aliasque scripturas barbaras (sydera, hyrcus, ymber) non transcripsi, ea tamen semper cautione usus ut, si in notabili aliqua huius generis lectione G et O consentiunt, hunc consensum indicarem et e ceteris quoque lectionibus eas quarum usus quantuluscumque esse posset excriberem potius quam praetermitterem. scripturae compendia non indicaui nisi raro ubi ex re esse uidebatur. in uocabulis umquam, numquam, quamquam, tamquam, quemquam, utrumque, -cumque, similibus scribendis, quarum littera nasalis ante q posita in G et O plerumque per compendium scribitur, in textu exhibui formas per m scriptas (numquam, non numquam etc.), ita tamen ut, quotiens aut in utroque aut in altero utro codice nq legitur, id adnotarem. si quis animaduerterit ex G et O a me enotata saepius ab eis discrepare quae alii inde excripserunt, is scito me horum bene gnarum codicibus accurate examinatis mea dedisse.

aut paene solo cognitam esse significat. in asteriscis his collocandis respexi lectiones cum ab editoribus prioribus tum maxime a me in editione gissensi a. 1866 *et ab Ellisio in editione oxoniensi anni* 1878 *e libris manu scriptis enotatas.*

Praeterea in uno carmine adhibitus est

T codex parisiensis 8071 (*olim thuaneus*) *saec.* VIIII, *in quo p.* 51ʳ—51ᵘ *Catulli carmen* 62 *legitur. reliqua quae continet ad Catullum non spectant. uersus carminis catulliani* 1—22 *photographi arte repraesentati sunt in Aem. Chatelanii palaeogr. classic. lat. tab.* XIIII. *praeter Duebneri* (*in Lachmanni editione altera*) *aliorumque* (*apud Ellisium*) *collationes mihi praesto fuit collatio Maximiliani Bonneti.*

[*Sicubi e re esse uidebatur, singulis locis uarias lectiones ex aliis praeter G et O libris addidi. hos maxime adhibui:*

A ambrosianus est M 38 *saeculi* XIIII *exeuntis*
B bononiensis uniuersitatis 2621 *anni* 1412
C parisiensis 8234, *olim colbertinus, saec.* XV
D berolinensis, olim Caroli Dati (*Ms. Diez. B. Sant.* 37) *anni* 1463
H hamburgensis L 139 *saec.* XV
L berolinensis, olim Laurentii Santenii (*Ms. Diez. B. Sant.* 36) *saec.* XV
Λ laurentianus pl. 33, 13 *saec.* XIIII *exeuntis*
P parisiensis 7989 *anni* 1423.

ex his librum C in meum usum olim contulit Duebner, libros DHLΛ ipse contuli, tres priores a. 1860, *quartum* (*Λ*) *Florentia Tubingam liberaliter mihi transmissum a.* 1884. *lectiones librorum A et B ex Ellisii editione mutuatus sum, cauens tamen ne quid ex eius silentio colligerem. item lectiones libri P ex collatione a Silligio ad suam ipsius editionem facta et a Rossbachio Vratislauiae a.* 1859 *edita sumpsi*]

ω lectiones a V discrepantes quas Itali uel in codices manu scriptos saeculi XIIII *et* XV *uel in editiones ad annum fere* 1550 *impressas intulerunt. emendationes auctore non indicato in textum receptae ex ω desumptae sunt.*

*add = addidit, additum corr = correxit del = deleuit om = omisit sscr = superscripsit transp = transposuit m. pr., sec. = manus prima, secunda in marg. = in margine * = littera erasa* (*uelut* mi*serunt, et * * magnis) *ras. = rasura.*

Catullum ad fidem bonorum librorum primus recensuit Carolus Lachmannus: qui post eum Catulli carmina melioribus quam quibus ille uti potuerat codicibus adiuti recognouerunt fun-

damenta recensionis lachmannianae non euerterunt, sed confirmarunt.

Selectas uirorum doctorum coniecturas adieci, quibus in eligendis inter seueritatem eorum qui nullas fere nisi quae sibi certae uidentur adscribunt et eorum qui omnes omnium ineptias patienter corradunt indulgentiam mediam quandam uiam tenui, non ignarus etiam earum quibus locum concessi partem longe maximam ex genere esse incredibilium.

Vt omnis antiqua Catulli memoria in hoc libello comprehenderetur testimonia quae uocantur catulliana infra collegi, quotquot a poetae aetate ad annum MCCCLXXV, *quo codex Catulli archetypus ueronensis primum, quod scimus, descriptus est, inuenire contigit: quibus selecta e saeculo* XV *testimonia de fatis libri catulliani addidi.*

Denique indicem uerborum catullianorum textui subiciendum curaui, cuius rationes periti facile perspicient.

Tubingae m. ian. a. MDCCCLXXXVI.

INDEX LOCORVM

QVIBVS SCRIPTORES ALII

A POETAE AETATE AD ANNVM MCCCLXXV P. CHR. N.

CATVLLVM NOMINAVERVNT AVT EIVS VERSVS CITAVERVNT.[1]

1 *CICERO ad Q. fr.* †2, 13, 4: *cf. infra ad Catulli* 25, 1. *ad Attic.* †13, 25, 3: *cf. ad Cat.* 3, 9.

2 *VARRO de ling. lat.* [6, 6: *cf. Cat. fragm.* 10] 7, 50: *Cat.* 62, 1 (dicit Valerius).

3 *CORNELIVS NEPOS u. Att.* 12, 4 L. Iulium Calidum, quem post Lucretii Catullique mortem multo elegantissimum poetam nostram tulisse aetatem uere uideor posse contendere.

4 *ASINIVS (Pollio)* in Valerium: *cf. huius indicis nr.* 33.

5 *VERGILIVS catal.* †3, 6: *Cat.* 29, 24 ⟨*VERGILII catalepta*[2]): *catal.* 8 *est parodia carm. Cat.* 4. *VERGILIVS. Dirae (Lydia)*⟩.

6 *HORATIVS sat.* 1, 10, 19 neque simius iste Nil praeter Caluom et doctus cantare Catullum ⟨*HORATIVS. MAECENAS in Suetonii uita Horatii: Ni te uisceribus meis, Horati, Plus iam diligo etc.: cf. Cat:* 14, 1⟩.

---

1) *In locis eis quorum uerba infra ad certos Catulli uersus iam enotata non iterum in hunc indicem transcripsi scito poetam solo Catulli cognomine appellatum esse, si nihil aliud adnotatum est. Locis quibus poeta non nominatur crux* (†) *praefixa est. Loci qui Catullo falso tribuuntur uncis rectis* [ ] *inclusi sunt.*

2) *Huic indici eorum quoque scriptorum uel earum poematum collectionum in quibus certae Catulli imitationes reperiuntur nomina inserui litteris cursiuis minoribus impressa et uncis obliquis* ⟨ ⟩ *circumdata. praeter nomina ipsa hic illic certis de caussis locos quosdam adieci. asterisci uel unus uel duo uel tres nominibus additi significant imitationem catullianam in illo scriptore apparere frequentem uel frequentiorem uel frequentissimam. in scriptoribus quorum nominibus ne unus quidem asteriscus adscriptus est imitatio catulliana rara uel rarissima reperitur.*

7 *VALGIVS RVFVS in schol. ueron. ad Verg. ecl.* 7, 22 (*p.* 74, 10 *Keil.*) Codrum in elegiis Valgius honorifice appellat et quadam in ecloga de eo ait 'Ille canit quali tu uoce, Catulle, canebas Atque soles numeros dicere, Cinna, tuos, Dulcior ut numquam pylio profluxerit ore Nestoris aut docto pectore Demodoci'.

8 *PROPERTIVS* 3, 25, 4 Ista meis fiet notissima forma libellis, Calue, tua uenia, pace, Catulle, tua 3, 34, 87 Haec quoque lasciui cantarunt scripta Catulli, Lesbia quis ipsa notior est Helena ⟨*PROPERTIVS*⟩.

9 *OVIDIVS amor.* 3, 9, 62 Obuius huic (*Tibullo in Elysio*) uenias hedera iuuenalia cinctus Tempora cum Caluo, docte Catulle, tuo *amor.* 3, 15, 7 Mantua Vergilio gaudet: Verona Catullo: Paelignae dicar gloria gentis ego *fast.* †3, 469: *cf. Cat.* 64, 132 *trist.* 2, 427 Sic sua lasciuo cantata est saepe Catullo, Femina cui falsum Lesbia nomen erat. Nec contentus ea multos uulgauit amores, In quibus ipse suum fassus adulterium est ⟨***OVIDIVS*. ****Ciris* . *Culex* . ***Priapea* . *epigramma in Crassicium ap. Suet. gramm.* 18: *Cat. c.* 70. *MANILIVS* . *Sallustii quae fertur inuectiua in Cicer.* 7, *Ciceronis in Sall.* 19—22: *Cat. c.* 29⟩.

10 *LYGDAMVS apud Tibullum* 3, 6, 41 Gnosia, theseae quondam periuria linguae Fleuisti ignoto sola relicta mari: Sic cecinit pro te doctus, Minoi, Catullus Ingrati referens impia facta uiri: *cf. Cat.* 64, 132 ⟨*LYGDAMVS*⟩.

11 (*VERRIVS FLACCVS*) *Fest. p.* 230: *Cat.* 97, 6 273 (Catullus in galliambis): *Cat.* 63, 38 305: *Cat.* 17, 19.

12 (*HYGINVS*) *poet. astr.* †2, 24: *Cat.* 66, 26. 54.

13 *SENECA controu.* 7, 4 (19), 7 (Catullus in hendecasyllabis): *Cat.* 53, 5.

14 *VELLEIVS* 2, 36, 2 quis enim ignorat diremptos gradibus aetatis floruisse hoc tempore Ciceronem, Hortensium .... auctoresque carminum Varronem ac Lucretium neque ullo in suscepti operis sui carmine [genere *Haasius*] minorem Catullum?

15 *SENECA apocol.* †11: *Cat.* 3, 12 *epist.* †93, 11: *Cat.* 36, 1 ⟨*SENECAE tragoediae* . *PERSIVS* . *CALPVRNIVS* . *LVCANVS* . *PETRONIVS* . *titulus pompeianus CIL.* 4, 1261: *Cat.* 15, 18⟩.

16 *CAESIVS BASSVS de metr. p.* †257, 8 *Keilii*: *Cat.* 52, 2 *p.* 260, 13: *Cat. frgm.* 1 261 (*ubi Cat.* 2, 1. 1, 2. 4. 1 *singuli citantur*) quae omnia genera hendecasyllabi (*aut a spondeo aut a trochaeo aut ab iambo incipientis*) Ca-

tullus et Sappho et Anacreonta et alios auctores secutus non tamquam uitiosa uitauit, sed tamquam legitima inseruit 262, 13: *Cat.* 63, 2 262, 19 (Catullus in anacreonteo): *Cat. frgm.* 6.

17 PLINIVS *nat. hist. praef.* § 1 (Catullum conterraneum meum): *Cat.* 1, 3 *et* 12, 17 [28, 19: *Cat. frgm.* 8] 36, 48 (Catulli Veronensis): *Cat.* 29, 3 36, 154: *Cat.* 1, 2 37, 81 (Catullus poeta): *Cat.* 52 ⟨VALERIVS FLACCVS . SILIVS ITALICVS . STATIVS⟩.

18 QVINTILIANVS *inst.* 10, 1, 96 iambus non sane a Romanis celebratus est ut proprium opus, * * quibusdam interpositus. cuius acerbitas in Catullo, Bibaculo, Horatio ... reperietur. 1, 5, 8: *Cat.* 97, 6 1, 5, 20 (Catulli nobile epigramma): *Cat.* 84 6, 3, 18: *Cat.* 86, 4 9, 3, 16 (Catullus in epithalamio): *Cat.* 62, 45 †9, 4, 141: *Cat.* 29, 1 †11, 1, 38 (aliquis poetarum): *Cat.* 93.

19 MARTIALIS 1, *praef.*: Lasciuam uerborum ueritatem, id est epigrammaton linguam excusarem, si meum esset exemplum: sic scribit Catullus, sic Marsus, sic Pedo, sic Gaetulicus, sic quicumque perlegitur 1, 7: *Cat.* 2, 1 †1, 61, 1 Verona docti syllabas amat uatis, Marone felix Mantua est 1, 109 Issa est passere nequior Catulli 2, 71 Si quando ex nostris disticha pauca lego, Protinus aut Marsi recitas aut scripta Catulli 4, 14, 13: *Cat.* 2, 1 5, 5, 5 Sit locus et nostris aliqua tibi parte libellis, Qua Pedo, qua Marsus, quaque Catullus erit 6, 34, 7: *Cat.* 5, 7 7, 14, 3: *Cat.* 3, 17 7, 99, 7 Nec Marso nimium minor est (*Martialis*) doctoque Catullo 8, 73, 8 Cynthia te uatem fecit, lasciue Properti, Ingenium Galli pulcra Lycoris erat. Fama est arguti Nemesis formosa Tibulli: Lesbia dictauit, docte Catulle, tibi 10, 78, 16 Nec multos mihi praeferas priores, Vno sed tibi sim minor Catullo 10, 103, 5 Nec sua plus debet tenui Verona Catullo Meque uelit dici non minus illa (*Bilbilis*) suum 11, 6, 14. 16: *Cat.* 5, 7 12, 44, 5 Lesbia cum tenero te posset amare Catullo, Te post Nasonem blanda Corinna sequi 12, 59, 3: *Cat.* 5, 7 12, 83, 4 Derisor Fabianus herniarum, Omnes quem modo colei timebant Dicentem tumidas in hydrocelas Quantum nec duo dicerent Catulli 14, 77: *Cat.* 3, 17 14, 100: *Cat. frgm.* 9

14, 152 Lodices mittet docti tibi terra Catulli
14, 195 (Catullus) Tantum magna suo debet Verona Catullo Quantum parua suo Mantua Vergilio ⟨***MARTIALIS⟩.

20 PLINIVS *epist.* 1, 16, 5 praeterea (*Pompeius Saturninus*) facit uersus quales Catullus aut Caluus, re uera quales Catullus aut Caluus. quantum illis leporis, dulcedinis, amaritudinis, amoris! inserit sane, sed data opera, mollibus leuibusque duriusculos quosdam, et hoc quasi Catullus aut Caluus 4, 14, 5: *Cat.* 16, 5 SERIVS AVGVRINVS *in Plin. ep.* 4, 27, 4 Canto carmina uersibus minutis His olim quibus et meus Catullus Et Caluus ueteresque.

21 TACITVS *ann.* 4, 34 carmina Bibaculi et Catulli referta contumeliis Caesarum leguntur.

22 IVVENALIS †6, 7: *Cat.* 3, 17. 18.

23 SVETONIVS *in Hieron. chron. ad Abr. ann.* 1930 *h. e.* 667 *ab u. c.*/87 *a. Chr. n.:* Gaius Valerius Catullus, scriptor lyricus, Veronae nascitur *ad Abr. ann.* 1959 (1960) *h. e.* 696 (697) *ab u. c.*/58 (57) *a. Chr. n.:* Catullus xxx aetatis anno Romae moritur *diu. Iul.* 73 Valerium Catullum, a quo sibi uersiculis de Mamurra (*cf. Cat.* 29. 57) perpetua stigmata imposita non dissimulauerat, satis facientem eadem die adhibuit cenae hospitioque patris eius, sicut consuerat, uti perseuerauit.

24 GELLIVS 19, 9, 7 (*Graeci plusculi Iulianum rhetorem*) percontabantur quid de Anacreonte ceterisque id genus poetis sentiret et ecquis nostrorum poetarum tam fluentes carminum delicias fecisset? 'nisi Catullus' inquiunt 'forte pauca et Caluus itidem pauca. Nam Laeuius implicata et Hortensius inuenusta et Cinna inlepida et Memmius dura ac deinceps omnes rudia fecerunt et absona 6, 20, 6 (Catullus elegantissimus poetarum, *ibidem Gellius Catulli* libros de corruptis exemplaribus factos *commemorat*): *Cat.* 27, 1 7, 16: *Cat.* 92, 1 ⟨*titulus Augustae Ausciorum a.* 1865 *repertus* (*cf. Wilmansii exempl. inscr. lat. nr.* 584): *Quam dulcis fuit ista, quam benigna! Quae cum uiueret, in sinu iacebat Somni conscia semper et cubilis. O factum male, Myia, quod peristi! Latrares modo, si quis accubaret, Riualis dominae licentiosa. O factum male, Myia quod peristi! Altum iam tenet insciam sepulcrum: Nec seuire potes nec insilire Nec blandis mihi morsibus renides: cf. Cat. c.* 2 *et* 3⟩[1]).

---

1) [*titulus in CIL.* 6, 5, 3461* (= *Anth. lat. Burmanni* 4, 406, *Meyeri nr.* 1459) *de luscinia mortua editus* Dis auibus. Lusciniae

25 *APVLEIVS apol.* 6: *Cat.* 39, 17 10 eadem igitur opera accusent C. Catullum quod Lesbiam pro Clodia nominarit, et Ticidam similiter quod quae Metella erat Perillam scripserit, et Propertium qui Cynthiam dicat, Hostiam dissimulet, et Tibullum quod ei Plania in animo, Delia in uersu 11: *Cat.* 16, 5 ⟨*APVLEIVS*⟩.

26 *PORPHYRIO ad Hor. serm.* 1, 10, 19 hos autem duos Hermogenen et Demetrium negat antiquas comoedias legere neque alios quam Licini Calui et Valeri Catulli uersus modulari (*cf. commentator Cruquii ad h. l. p.* 398: ad nihil aliud doctus quam ad carmina Licinii Calui et Valerii Catulli decantanda) *ad Hor. serm.* 2, 3, 299: *Cat.* 22, 21 *ad carm.* 1, 16, 22: *Cat. frgm.* 3 (*cf. comm. Cruquii ad h. l. p.* 44[b] et est aptissimus ad maledicendum. Catullus 'at non effugies meos iambos').

27 (*CENSORINI*) *fragm. p.* †612, 18: *Cat.* 4, 1 †614, 18: *Cat.* 2, 1 †615, 12: *Cat. frgm.* 1 ⟨*titulus 'Iul. Agathemeri Aug. lib. a cura amicorum' in Burm. AL.* 5, 219 *Meyeri AL.* 1704: *Cat.* 2, 13. 3, 12⟩.

28 *NONIVS MARCELLVS p.* 108, 13: *Cat.* 64, 71 134, 21 (Catulus Priopo): *Cat. frgm.* 2 198, 11 'cinis' ... feminino apud Caesarem et Catullum (Catulum *libri; cf. ad Cat.* 68, 90. 101, 4) et Caluum lectum est, quorum uacillat auctoritas [517, 3: *Cat. frgm.* 13] [546, 26 (Catullus Veronensis): *Cat. frgm.* 11].

29 *TERENTIANVS MAVRVS* †2277: *Cat.* 4, 1 2562 (docti .. Catulli): *Cat.* 1, 1 2755: *Cat. frgm.* 1 2899: *Cat.* 63, 1.

30 *ATILIVS FORTVNATIANVS p.* †292, 14: *Cat. frgm.* 1 †293, 4: *Cat.* 37, 1 †293, 8: *Cat.* 2, 1 298, 21 (ex catulliano hendecasyllabo): *Cat.* 1, 2.

31 *MARIVS VICTORINVS p.* †63, 28: *Cat.* 4, 1 †84, 4: *Cat.* 4, 1 †119, 6: *Cat. frgm.* 1 †125, 6: *Cat.* 64, 1 †134, 4: *Cat.* 4, 1 †136, 20: *Cat.* 52, 2 148, 20: *Cat.* 1, 1 151, 8: *Cat. frgm.* 1, 1 151, 22: *Cat. frgm.* 1, 3 †154, 24: *Cat.* 63, 1 †162, 6: *Cat.* 4,1.

32 *AELIVS DONATVS ad Ter. Andr.* 4, 3, 3: *Cat.* 72, 8.

Philumenae ex auiario Domitior(um) *etc., qui catulliana quaedam ex c.* 2 *et* 3 *continet, nouicius est: item spurius est titulus ueronensis* D. M. Ipsithillae dulcissimae C. Valerius Catullus leporibus suis moerens posuit (*cf. Cat. c.* 32) *in Maffei mus. Veron. p.* 190, 7].

33 CHARISIVS *p.* 97, 10 (Asinius in Valerium, *h. e. Valerium Catullum; postea* idem Catullus in hendecasyllabis): *cf. Cat.* 42, 5   133, 25: *Cat.* 35, 12   252, 25: *Cat.* 4, 25.

34 DIOMEDES *p.* 344, 7: *Cat.* 4, 25   485, 17 iambus est carmen maledicum ... appellatum est autem *παρὰ τὸ ἰαμβίζειν,* quod est maledicere. cuius carminis praecipui scriptores apud Graecos Archilochus et Hipponax, apud Romanos Lucilius et Catullus et Horatius et Bibaculus.

35 AVSONIVS *opusc.* 23, 1 'Cui dono lepidum nouum libellum (*Cat.* 1, 1)' Veronensis ait poeta quondam Inuentoque dedit statim Nepoti ... Inueni ... nec doctum minus et magis benignum Quam quem Gallia praebuit Catullo   26, 1, 4 (illud catullianum): *Cat.* 1, 1   ⟨*AVSONIVS CLAVDIANVS . *Anthologia quae dicitur latina* 159, 6 *R.: Cat.* 74, 4   446: *Cat.* 86   478, 4: *Cat.* 65, 6   [916, 8: *Cat.* 66, 8]⟩.

36 SERVIVS [*ad Verg. georg.* 2, 95: *Cat. frgm.* 9]   *aen.* 4, 409: *Cat. frgm.* 4   5, 591: *Cat. frgm.* 7   5, 610: *Cat. frgm.* 5   [7, 378: *Cat. frgm.* 12].

37 *schol. ueronens. ad Verg. ecl.* 6, 1 *p.* 73 *K.* (Veronensis Catullus): *Cat.* 1, 1   *ad aen.* 5, 80 *p.* 94: *Cat.* 64, 23   [*aen.* 8, 34 *p.* 99: *Cat. frgm.* 14].

38 HIERONYMVS: *cf. huius indicis nr.* 23   *epist.* 54 *p.* 279 Dauid, Simonides noster, Pindarus et Alcaeus, Flaccus quoque, Catullus et Serenus, Christum lyra personat et in decachordo psalterio in inferis suscitat resurgentem.

39 AVGVSTINVS *de mus.* †5, 4, 5. †5, 6, 11. †5, 8, 16. *in A. Maii scriptt. uett. noua coll.* 3, 3, 130 *c.* †17. †18. †19: *Cat.* 4, 1.

40 MACROBIVS *sat.* 2, 1, 8 (ueronensis poeta): *Cat.* 14, 15   6, 1, 42: *Cat.* 64, 171   6, 1, 41: *Cat.* 64, 327.

41 [VIBIVS SEQVESTER. *de Catulli nomine in Vib. Seq. falso illato cf. ad Cat.* 81, 3].

42 MARTIANVS CAPELLA 3, 229 (Catullus quidam non insuauis poeta): *Cat.* 14, 9.

43 APOLLINARIS SIDONIVS *epist.* 2, 10 *p.* 900 *Sirm.* certe si praeter rem oratoriam contubernio feminarum poeticum ingenium et oris tui limam frequentium studiorum cotibus expolitam quereris obtundi, reminiscere quod saepe uersum Corinna cum suo Nasone compleuit, Lesbia cum Catullo, Caesennia cum Gaetulico, Argentaria cum Lucano, Cynthia cum Propertio, Delia cum Tibullo

carm. 9, 260 Non Gaetulicus hic tibi legetur.... Non Lucilius hic Terentiusque est, Non Turnus, Memor, Ennius, Catullus, Stella et Septimius Petroniusque.

44 *PHILARGYRIVS ad Verg. ecl.* 9, 35: *Cat.* 95, 1 (*cf. comment. Cruquii ad Hor. AP.* 388 *p.* 635 ut Cinna suam Smyrnam apud Catullum, quam nouem annos suppressit).

45 *schol. bernens. ad Verg. georg.* †4, 289 *p.* 971: *Cat.* 4, 1.

46 *schol. ad Lucan.* 5, 518 *p.* 389: *Cat.* 4, 1.

47 *schol. ad Iuuen.* 6, 8 *p.* 598 *Cram.*: *cf. Cat.* 3, 17 *Vallae qui dicitur Probus ad Iuuen.* †1, 121: *cf. Cat.* 10, 15.

48 *glossae ueteres ad uersus catullianos spectantes*: *cf. ad Cat.* †27, 2. †29, 16. 39, 11. †54, 5. †54, 7. †57, 6. †61, 6. †61, 24. †61, 42. †61, 162. †62, 12. 64, 273. †66, 7. [75, 2]. *cf. quae de glossis catullianis in Fleckeiseni annal.* 131, 803 *dixi.*

49 *BOETHIVS de consol. philos.* 3, 4: *Cat.* 52, 2.

50 *PRISCIANVS* 1, 16, 12 (Catullus Veronensis): *Cat.* 2, 13 1, 188, 23: *Cat.* 37, 17 1, 305, 11: *Cat.* 37, 17 1, 484, 2: *Cat.* 4, 25.

51 *ISIDORVS orig.* 6, 12, 3: *Cat.* 1, 1 19, 33 (*male* Cinnam *pro* Catullo *nominans*): *Cat.* 64, 65.

52 *IVLIANVS TOLETANVS artis p.* †63[b]: *Cat.* 5, 4. *cf. Hageni suppl. gramm. lat. p.* CCXX, 12.

53 *WALAFRIDVS STRABVS* (*mortuus a.* 849) *in Duemmleri poett. aeui carolini* 2, 386 Non magis est nato laetata Verona Catullo, Mantua nec tantum ipsa Marone suo. *sed cf. supra huius indicis nr.* 9. 19.

54 [*SERVATVS LVPVS* (*mortuus circa a.* 862) *epist.* 5, *p.* 22 (*ed. Baluzius a.* 1710) magna haesitatio est ... utrumnam naturae seruiendum sit ut paenultima (*in uocc.* 'aratrum' 'salubris'), ut est, longa pronuntietur an propter illud quod Donatus (*in Keilii gramm. lat.* 4, 371, 16) ait 'si paenultima positione longa fuerit, ipsa acuetur, ut Catullus *etc.*' *testimonium a Catullo poeta alienum propter Georgii Voigtii (die Wiederbelebung des class. Altertums* 2[2], 335) *errorem apposui. quo de cf. quae dixi Hermae* 20, 495.]

55 *in florilegium cod. olim thuanei nunc parisini* 8071 *saeculi* VIIII *Catulli c.* 62 *receptum est*: *cf. p.* V.

56 *RATHERIVS episcopus ueronensis in sermone Veronae a.* 965 *habito p.* 639 *ed. Ballerin.*: Quid de me dicere, quid ualeo cogitare, et ut turpia subsilens, honesta solum, prohibita licet, depromam, si in lege dei, ut (cuius?)

debitorem me fore non nescio, die non (non *add Ballerini*) meditor ac nocte, Catullum numquam antea lectum, Plautum iam olim lego nec (nec *del. Hauptius*) lectum, musicam quando saepe rogatus expono *p.* †624: *Cat.* 55, 24 (?).

57 *scriba codicis Prisciani coloniensis* 202 *saec. XI in inst.* 7, 22 *ex codice quodam catulliano corruptam apud Priscianum lectionem correxit: Cat.* 37, 18 ⟨*GVILELMVS MALMESBVRIENSIS* (*floruit c. a.* 1140) *Mater puellae, quae concubinatum filiae dedignaretur, ancillam adiuta noctis tenebris cubili apposuit, uirginem sane nec inelegantem nec illepidam: Cat.* 10, 3. 4. *cf. Ellisii ed. Cat.*[2] *p. VIIII*⟩.

58 *IOANNES SARISBERIENSIS* († *a.* 1182) *metal.* 1, 24: *Cat.* 14, 9. *cf. huius indicis nr.* 42.

59 *NICOLAVS TRIVETVS Anglus* (*mortuus a.* 1328) *in commentario ad Boethii consol.* 3, 4: unde Catullus, qui erat uir sapiens et uirtuosus, Nonium, qui erat homo uitiis deditus, licet sedentem in curruli et ita utentem magistratu . . . tamen appellat strumam. *cf. supra nr.* 49.

60 *BENEVENVTI DE CAMPESANIS Vicentini* (*mortui circa annum* 1323) *uersus de resurrectione Catulli: cf. infra p.* 101.

61 *IEREMIAS IVDEX DE MONTAGNONE Patauinus* (*mortuus a. fere* 1300) *compendii moralium notabilium part.* 1, *lib.* 3: *Cat.* 22, 18 · 2, 1: *Cat.* 68[b], 137 3, 4: *Cat.* 51, 15 4, 4: *Cat.* 39, 16 4, 5: *Cat.* 64, 143 4, 5: *Cat.* 76, 13 4, 6: *Cat.* 66, 15.

62 *ALBERTINVS MVSSATVS Patauinus* (*mortuus a.* 1329) *in carmine quod scripsit a.* 1316 (*p.* 39 *ed. Pignorii; cf. Graeuii thes. antiq. It.* 6, 2): Non ego fagineis cecini te, Tityre, siluis, Scripta dionaei nec mihi gesta ducis, Carmine sub nostro, cupidi lasciua Catulli Lesbia, dulce tibi nulla susurrat auis ⟨*carm. p.* 30 *Pign.: nemo tam fortis ualet esse quo non fortior assit: Cat.* 66, 28⟩.

63 *flores moralium auctoritatum a.* 1329 *Veronae ab homine ignoto collecti libr.* 2 *c.* 3 '*de errore*' (Catullus ad Varum): *Cat.* 22, 19.

64 *GVILELMVS PASTRENGICVS* (*mortuus circa a.* 1360) *Veronensis de originibus rerum p.* 16[a] *ed. uen.* (ueronensis poeta): *Cat.* 1, 5 *p.* 18[b] Catullus, ueronensis poeta, Ciceronis coetaneus, librum uario metrorum genere exaratum, multa iocosa et placita continentem scolasticis legendum tradidit Protholomaei Alexandri temporibus [*p.* 85[a] addiditque Catullus eum (*Mamurram*) primum totis aedibus nullam nisi e marmore caristeo columnam

solidam habuisse. *de Catullo huius rei teste Pastrengicus errat Plinii h. n.* 36, 48 *neglegenter usus*] *p.* 88[b]: *Cat.* 1, 1. 2.

65 *FRANCISCVS PETRARCA* (*mortuus a.* 1374) *in epistula uar.* 38 (3, *p.* 402 *ed. Fracassetti*) *Auenione a.* 1347 *ad Colam di Rienzi scripta* (Catullus ueronensis): *Cat.* 49, 1 *epist. uar.* 32 (*ex anno* 1356) (3, *p.* 390 *Fracassetti*): *Cat.* 3, 17 [*de remediis utriusque fortunae* 1, 59 *p.* 69 *ed. Bas. a.* 1554 pastor eris. officium uile, laudatum licet a multis, ante alios a Catullo Veronensi. *Petrarca Catullum errore pro Tibullo, uitae rusticae laudatore, nominauit*] 1, 69 *p.* 77 Quid ex uestris Ouidio? Catullo? Propertio? Tibullo? quorum nullum ferme nisi amatorium est poema 2, *praef. p.* 123: *Cat.* 39, 16 *epist. famil.* 9, 4 (2, *p.* 11 *Fracassetti*): multa enim de amore tecum agere superuacuae ostentationis fuerit, quem experientia et ars Nasonem nostri temporis aut Catullum aut Propertium aut Tibullum fecit *senilium* 11, 3 *p.* 978 (Catullus Veronensis): *Cat.* 1, 4 *in triumpho Amoris, cap.* 4, 19 L 'un (*dei compagni del Virgilio*) era Ovidio, e l' altr' era Tibullo, L' altro Properzio, che d' amor cantaro Fervidamente, e l' altr' era Catullo ⟨*epist. fam.* 24, 5 *ex anno* 1348 *p.* 272 *Fracass.: si modo uel libros uel librorum memoriam lethaei gurgitis unda non obruit: cf. Cat.* 65, 5 *namque mei nuper lethaeo gurgite fratris Pallidulum manans alluit unda pedem; sonnetti* 1, 49 *Non prego già, nè puote aver più luoco, Che misuratamente il mio cuor arda, Ma che sua parte abbia costei del fuoco: Cat.* 76, 23—26⟩.

66 *IOANNES BOCCATIVS* (*mortuus a.* 1375) *de genealogiis deorum gentilium* 14, 16 Si deo placet, zelantes hi amant, procantur, et mulierculis ridentibus . . . amatorias litterulas dictant, componunt rhythmos et cantiunculas excudunt, quibus affectiones suas et suspiria expromant: et deficientibus ingenii sibi uiribus pro opportuno subsidio ad instructores artis amatoriae euolant. hinc Catulli Propertii et Nasonis uolumina euoluunt et ab ineptis talium suasionibus lepidis descriptis carminibus et uerborum facili exornatis contextu tamquam in hoc toto inclinati pectore uolentes trahuntur seducuntur atque tenentur. hinc poetarum illecebras cognouere, hinc ingrati praeceptores accusant suos eosque seductores mentium dicunt, quos ipsi non rogati sponte sua secuti sunt.

67 *COLVCIVS SALVTATVS Florentinus* (*mortuus a.* 1406) *scripsit* (*cf. acta societ. litter. saxon. a.* 1849 *p.* 258) *Florentiae*

XIIII kal. sext. a. 1374 *ad Casparum de Broaspinis Veronensem haec:* Benuenutus de Imola, a quo primum de te grata accepi, suggessit, immo promisit a te impetraturum ut Propertium et Catullum haberem. nescio si de hoc scripsit. scio quod interprete non indigeo tecum. illos, si potes, fac ut uideam. *Florentiae VIII kal. sext. a.* 1374 *ad Benuenutum de Imola:* tua epistola nil aliud fuit quam amor et caritas, inprimis quod uotorum meorum diligentissimus executor dyomianes (sic) Propertium Catullumque procuras, quorum mihi nil paene nisi nomen innotuit. quod ut perficere coneris exoro, ingens enim cupido mihi diu fuit poetas aspicere.

Florentiae XII kal. decembr. a. 1374 *ad Casparum de Broaspinis Veronensem:* si prece uel pretio Propertium de bibliotheca illius celeberrimi uiri, Petrarcae inquam, — quem nobis subtractum esse († *d. XVIII m. iul. a.* 1374), gloriae tamen, tam certum quantum potest humano iudicio deprehendi, moleste fero et metrico opusculo, quod absoluere cito ut uellem impedior, lamentor et fleo — haberi posse confidis uel ut meus sit uel ut exemplari queat, deprecor ut procures. Catullum, quem credo paruum libellum, aut exemplatum aut exemplandum rogo transmitte. tenent ibi Florentini, qui totum terrarum orbem discurrendo terunt, pro mercibus apothecas: in ballis quas faciunt illum iubere potes alligari, quem ad me, ut arbitror, libenter quilibet destinabit.

68 *scriba libri Catulli sangermanensis suum apographum a corruptissimo exemplari, praeter quod nullum extabat unde copiam libelli catulliani exemplandi habere posset, transcriptum d.* 19° *mensis octobris a.* 1375 *Veronae absoluit: cf. infra p.* 102.

SECVNTVR TESTIMONIA SELECTA
EX ANNIS MCCCLXXV—MD.

69 *Codex Catulli bibliothecae uniuersitatis bononiensis* 2621 (*B*) *scriptus est a.* 1412, *ut apparet ex hac subscriptione* Finiui anno II Pontificatus Iohannis XXIII. VIII. kal. Aprilis. Ri-

uoalti. hieronimus donatus patricius. *cf. Detlefsenum in actis conuentus philol. kiloniensis* (*Lips.* 1869) *p.* 90 *Ellisii ed. Cat. p.* LIII[2].

70 *Thomas Seneca Camertinus* (*uixit ab anno fere* 1390 *ad annum fere* 1465) *suppleuit Catulli uersum* 68, 47. *cf. infra p.* 80 *ad h. l.*

71 *Codex parisiensis* 7989 (*P*) *scriptus est a.* 1423. *in eius p.* 179 *post Catullum haec legitur subscriptio:* 1423 di 20 nbr p cy . . . . . | eple 6 . . uersus 228 . . . . . . *cf. Buecheleri ed. Petron. maior. p.* XVI.

72 *Andreas Schottus, obseruatt. human.* 2, 16 *p.* 53: codex in membranis non contemnendae uetustatis a. MCCCC.XXVIII manu Matthaei Palmerii scriptus (qui et anno MCCCC.XXV primum repertum esse Catullum pessimeque acceptum in manus hominum uenisse adnotarat), quem mihi Ant. Couarruuias Iure cons. egregius Toleti utendum dedit, sic habebat: (*Cat.* 3, 16) 'Bonum factum: male o miselle passer'.

73 *In Antonii Beccatelli Panormitae Hermaphrodito* (*qui a.* 1426 *editus est*) *hoc carmen legitur* (2, 23 *p.* 128 *ed. Forberg.*):

Ad Galeaz quem orat ut sibi Catullum inueniat.

Ardeo, mi Galeaz, mollem reperire Catullum
Vt possim dominae moriger esse meae:
Lectitat illa libens teneros lasciua poetas
Et praefert numeros, docte Catulle, tuos.
Nuper et hunc abs me multa prece blanda poposcit
Forte suum uatem me penes esse putans.
'Non teneo hunc' dixi 'mea lux, mea nympha, libellum.
Id tamen efficiam: forsan habebis opus.'
Instat et omnino librum me poscit amicum
Et mecum grauibus nunc agit illa minis.
Quare ego per superos omnes, o care sodalis,
(Sic precibus lenis sit Cytherea tuis!)
Te precor atque iterum precor, id mihi quaere libelli,
Quo fiam nostrae gratior ipse deae.

praeterea haec ex Hermaphrodito enotaui: 1, 17, 2 siccior est cornu (*cf. Cat.* 23, 12) 4 sudor abest (*Cat.* 23, 16) 8 rictum . . . qualem Prodit in aestiuo tempore cunnus equae (*Cat.* 97, 7. 8) 9. 10 Si buccam olfacias, culum olfecisse putabis, Verum etiam culus mundior ore suo est (*Cat.* 97, 1—4) 1, 18, 3 Non debet teneros Hodus legisse Catullos, Non uidit penem, uerpe Priape, tuum 2, 6, 35 uerpum . . . Priapum (*Cat.* 47, 4).

1, 27, 15 Est animo uersus, quos nulla obliteret aetas (*Cat.* 64, 232), Conficere 2, 30, 10 candidiora niue (*Cat.* 80, 2). *eleg. ad Io. Lamolam p.* 185 (*Hermaphr. ed. Forberg.*) Atque adeo grata est quantum non grata Catullo Lesbia nec Gallo grata Lycoris erat. *idem Beccatellus in epistulis haec: epist. gallic.* 4, 12 *p.* 183 (*ed. in Gruteri lampade Lucae a.* 1747) quos (*homines doctissimos*) certus equidem eram minime reprehensuros lasciuiam eius (*Hermaphroditi*): quippe cum plurimos norint uiros doctos graues sanctos, et graecos et nostros, talia scriptitasse atque inter manus adhuc uersari Catullum, Albium Tibullum, Propertium . . . . (*p.* 185) . . . . uerissima illa (*lex*) quidem quam Catullus dixit 'Nam castum decet — incitare possint' (= *Cat.* 16, 5—9). 1, 31 *p.* 69 ueni, immo, ut Catullus ait, uiam uora (*Cat.* 35, 7). *epist. camp.* 34 *p.* 360 maturabis, immo, ut Catullus ait, uiam uorabis; 40 *p.* 365 ostendens plane uerum esse quod Catullus poeta scribit 'amantes Non longe a caro corpore abesse uolunt' (*Cat.* 66, 31).

74 *Xicco Polentonus in libro de scriptoribus latinis* (*quem circa annum* 1430 *absoluit*) *haec habet de Catullo ab Ellisio ed. Cat.*[2] *p.* 355 *ex codice Riccard.* 121 *enotata* (*cf. etiam Ellisii p. XX*): conciuis eius (*Aemilii Macri Veronensis*) Valerius Catullus habetur. bello hic ciuili quod in Marium Sulla gessit natus est: mortem autem Romae ipso in aetatis flore (trigesimum agebat annum) obiit profectus ad eam urbem, in qua, etsi res publica iam uariis factionibus et bellis ciuilibus aegrotaret, imperium tamen orbis et poetarum amplissimus ordo et literarum omnium templum esset. comites uitae ex multis sui amantissimos nominat M. Tullium (*c.* 49) et Catonem (*c.* 56), uirum grauissimum illum cui postea Vticensi propter singularem animi constantiam et libertatis amorem lacrimabilis euersio rei publicae cognomentum dedit. poema Catulli adest unum epithalamiis et amatoriis rebus plenum: feminam enim, cui uerum Clodia nomen esset, Lesbiam falso uocat et basiis multis millibus basiat (*c.* 5, 10) atque labella eius basians dulci quadam et stricta basiatione saepe mordet (*cf. c.* 8, 18). id lepide scribit ad Cornelium suum qui nugas eius aliquid esse putare soleret (*c.* 1, 4). *praeterea haec libro II:* suum uero ad Aurelium (*c.* 16, 5) Catullus Veronensis scribens castum esse decere ac pium poetam refert.

75 *Guarinus Veronensis* (1370—1460) *in epistula de Antonii Panormitae* (*nr.* 73) *Hermaphrodito apud Bandinum, catal. codd. lat. laurent.* 2, 106: plus ualet apud me conterranei mei, uatis non inlepidi, auctoritas quam imperitorum clamor . . . . ut autem ad meum conterraneum reuertar, ille hunc in modum ait 'Nam castum — incitare possint' (= *Cat.* 16, 5—9). *idem in libro cui inscripsit Antipoggius haec, quae ex codice* 541 *biblioth. uniuers. patauinae Detlefsenus in Fleckeiseni annal. philol. suppl.* 8, 169 *excerpsit, ad ipsum Poggium Florentinum derexit*: quid de poetis dicerem, de Catullo, Ouidio, Lucano, Statio, Silio Italico, cuius in lucem reuertendi auctor extitisti. *in epistulis saepius quidem Guarinum Catulli mentionem fecisse et eius uersus quosdam attulisse, nusquam autem de Catullo a se aut emendato aut emendando dixisse Remigius Sabbadinus, qui Guarini epistulas edendas collegit, rogatus beneuole mihi scripsit. incertum est num epistula Ferrariae* VII *kal. augusti* 1456 *scripta, quam Eug. Abelius in diar. gymn. austriac.* 34, 161 *integram edidit, huius sit Guarini. cuius epistulae uerba extrema haec sunt*: Catullum ubi meliorem fecero, ad proprios lares remeare compellam. Interea me tibi addictum complecti non dedigneris. *eius qui hanc epistulam scripsit nomen in codice unde est edita deest. sed ueri simile est Guarinum alterum utrum aut patrem aut Baptistam filium eam dedisse, quamquam utraque sententia difficultatibus quibusdam obnoxia est. sed etiam si concedendum esset epistulam a patre scriptam esse, inde nihil certi de Catullo a Guarino Veronensi emendato concludi posset. ut is Catullum meliorem facere sibi proposuerit, uirum tum annos octoginta sex natum Catulli editionem suscepisse et finiisse neque quicquam probat et a probabilitate abhorret. cf. de hac epistula etiam Rem. Sabbadinum, riuista di filol. class.* 13, 266. 14, 179. *u. ea quoque quae infra nr.* 81 *dicta sunt.*

76 'Valerii Catulli Veronensis poetae lyrica . . . . Albi Tibulli liber, qui scribi finierit kal. Oct. anno 1441 *membr. f.* 8^{ua} 76' *catal. codd. bibl. Lugd.-Batauae* (*Lugd.* 1741) *p.* 389^{a}.

77 *Cynthius Cenetensis* (*floruit circa annum* 1450) *in commentario in Vergilii Aeneidem saepius Catullum citauit, uelut ad Aen.* 1, 3 *adscripsit* Catullus Veronensis 'lauinius acer' (*cf. Cat.* 39, 12): *ad* 1, 4 Catullus 'quod zonam soluit diu ligatam' (*Cat.* 2, 13). *praeterea ibi citantur Cat.* 16, 5 Nam castum decet et pium poetam *et* 64, 113

Errabunda regens tenui uestigia filo. *cf. Ellisius in edit. Cat.*[2] *p.* XX. 356.

78 *Codex Catulli et Tibulli philippicus* 9591 *cheltenhamiensis hanc praebet subscriptionem:* Idus sextilis MCCCCLIII Coneglani mei Francisci Crobati Veneti. *cf. Ellisii ed. Cat.*[2] *p.* LIII.

79 'Catullus scriptus a. MCCCCLIII ab Petro Antonide Presbytero. *membr. f.* 8*ua* 59' *catal. codd. bibl. Lugd.-Batauae* (*Lugd.* 1741) *p.* 388[b].

80 *In codice laurentiano* 33, 12 *Catulli et Tibulli post Catullum haec scripta sunt:* Gherardus Cerasius de Florentia scripsit pro Ioanne Cosme de Medicis, *post Tibullum haec:* Gherardus Iohannis del Ciriagio ciuis Florentinus scripsit pro Iohanne Cosme de Medicis optimo ciue Florentino de anno MCCCCLVII de mense Iulii (*cf. Bandini catal. codd. lat. laurent.* 2, 100). *idem scriba Catulli codicem parisiensem* 8233, *olim memmianum, anno* 1465 *scripsit. cf. Ellisius l. c. p.* LIII.

81 *Baptistam Guarinum* (1425—1513) *intra a.* 1450—1470 *Catullo emendando operam dedisse ueri simile est* (*cf. quae dixi in indice scholarum dorpatensium a.* 1865 *p.* 10): *qua cum sententia bene conueniret si illa epistula ferrariensis a.* 1456, *in qua quidam de docto suo in Catullum labore loquitur* (*nr.* 75), *Baptistae Guarino attribui posset.*

Baptista Catullum a se emendatum Veronae urbi patriae donauit. carminis quo dicauit hi sunt uersus ultimi:

Barbarico ritu quidam fecere loqutum (*Catullum*),
  Tantae illorum animis obstiterant tenebrae.
Nunc uero exibit tersus nitidusque Catullus,
  Haec tibi dant ciuis munera grata tui.

cf. quae Ant. Sabellicus (1436—1506) *in dial. de latinae linguae reparatione* (*opp.* 4, 326) *dixit Guarinum patrem cum Baptista filio confundens:* et quod omnium operum illius maxime gratum fuit, Catullum municipem suum situ et squalore confectum lucemque ex diuturnis tenebris reformidantem ita abstersit ut sine maiore rubore in publicum exire non dubitarit. *propter haec studia catulliana Baptistae Guarino epigramma de resurrectione Catulli illud* (*cf. supra huius indicis nr.* 60 *et infra p.* 101) *hoc titulo praefixo* Hextichum Guarini Veronensis Oratoris Clarissimi in libellum Valerii Catulli eius conciuis *in non nullis codicibus nouiciis et in editionibus antiquissimis* (*cf. infra p.* 102, *l.* 16) *attributum est. id epigramma respexit etiam*

Borsettus, hist. almi Ferrariae gymnasii (*Ferrariae* 1735) 2, 19, *cum haec scriberet ipse quoque pro Baptista filio Guarinum patrem nominans:* nec non mss. Catulli carmina, quae in horreo quodam (*cf. epigrammatis u.* 6) neglecta ac iam peritura reperit, in lucem produxit.

Catullum per Baptistam patrem emendatum cum suis expositionibus Alexander Guarinus Ferrariensis Venetiis a. 1521 *edidit, quo in libro de* 'antiquis' *uel* 'antiquissimis' *uel* 'uetustis' *Catulli codicibus haec leguntur:*
1) 1, 2 'Arida modo', licet in omnibus codicibus tam antiquis et manu scriptis quam neotericis et impressis 'arido' legatur, pater tamen meus ex Seruii auctoritate lib. xii aenei. 'Arida' correxit (*fol. I*[b]) 2) 2, 10 'Tristes curas', . . . Post hoc carmen (*h. e. hunc uersum*) in codice antiquissimo et manu scripto ingens sequitur fragmentum (*h. e. lacuna*). nos tamen coniecturis omissis quae scripta sunt interpretabimur (*fol. III*[b])
3) 3, 10 . . . . Inde de passere loquutus Catullus uel proprie uel metaphorice diminutiuam formam pipilare (*in textu* pippilabat) formauit, in qua sane dictione licentia poetica syllabis abusus fuit, hinc uidi antiquissimum codicem, in quo in principio .pp. geminatum fuit, quamuis tamen alii a 'pipare' 'pipulabat' legere maluerint (*fol. IIII*[a]) 4) 10, 27 Post 'inquio' (*sic in textu quoque*) 'puellae' fenestra (= *lacuna*) sequitur in codice uetusto, quae non lucem ut ceterae, sed obscuritatem potius praestat (*fol. XI*[a]) 5) 13, 6 'Venuste noster', in codice antiquo legitur 'fabulle noster', quod ualde placet (*fol. XIIII*[a]) 6) 25, 5 Vidi tamen et habeo codicem antiquum et manu scriptum in quo uersus iste sic legitur 'cum diua mulier alios ostendit oscitantes' (*fol. XXII*[b]) 7) 39, 17 'Nunc Celtiber', alii legunt 'Celtiberus', ne syllaba deficiat, sed pyrrichius erit in secunda; in codice tamen antiquo sic repperi 'nunc celtiber celtibera in terra natus' et sic erit trocheus in tertia. (*in textu uersus hic est* Nunc celtiber celtibera in terra natus) (*fol. XXXIIII*[b]) 8) 41, 8 Post hoc carmen (*h. e. post hunc uersum, in textu c.* 41 *et c.* 42 *cohaerent sine interstitio*) in textu antiquo fenestra sequitur et omnino uidetur aliquid deesse ad ordinis perfectionem (*in textu sunt* solet haec imaginosum) (*fol. XXXV*[a])
9) 46, 8 habeo tamen codicem in quo legitur 'iam uiae studio &c' (*fol. XXXVIII*[b]) 10) 51, 8 'Nihil est super

mi uoce locuta Lingua', id est lingua nihil ultra potest loqui, sed torpet. in codice alio tamen ita scriptum comperi 'nihil est super mi spiritus oris', alii uero substituerunt 'quod loquar amens' (*haec in textu*). in codice antiquo et manu scripto aderat fenestra loco uersus adonii. (*fol.* XL[b]) 11) 61, 111. 115 'O cubile quod omnibus candido pede lectulis', post ista duo carmina fenestra in codice antiquo sequitur et sine dubio tres desunt uersus. (*fol.* LV[b]) 12) 66, 33 'Prae (*sic*) cunctis diuis' ante cunctos deos. Aliter tamen 'proh' legitur, ut sit admirantis aduerbium, quod non improbo. in codice tamen manuscripto hic ingens erat fenestra, sicut et supra, ubi inquit 'At tu non orbum' (66, 21) et alibi 'sed tu moesta uirum' (66, 29) 66, 34 'Pollicita es', per uotum, scilicet quod taurum mactando fecisti. Vouerat autem se comam incisuram Venerique oblaturam. hoc enim totum subintelligi necesse est. quod fortassis deest, sicuti fenestra in antiquo indicat codice. (*fol.* LXXXVI[b])

13) 67, 12 Vidi etiam codicem manu scriptum, in quo sic legebatur 'Verum isti populo ianua quid reficit' (*fol.* XCI[b]) 14) 68, 63 'At uelut in nigro', licet in antiquo codice hoc loco fenestra reperiatur, sensus tamen sic continuari potest ut omissa comparatione per aliam comparationem narratio sic procedat . . . (*fol.* XCV[b])

15) 77, 1 'Si qua recordanti', multi hic uoluerunt esse alterius epigrammatis initium, in codice tamen uetusto continuatur cum praecedenti, et sensus quoque continuari uidetur (*fol.* C[a]) 16) 93, 2 'Ne si orem utrum sis saluus an alter homo' . . . Legitur et in uetustiori codice aliter et rectius eruditiusque hic uersus &c 'Nec scire utrum sis albus an ater homo' (*sic hic uersus in textu quoque est*) (*fol.* CVII[a]) 17) 95, 9 'Parua mei mihi sint cordi monumenta', in uetusto codice hic uersus imperfectus erat, unde a nonnullis additum fuit 'laboris', quod non uidetur congruere, cum de Cinnae opere loquatur, non de suo, ideo uidetur melius pater addidisse 'poetae' (*fol.* CX[a]) 18) 14, 1 'Firmani saltus', Titulus huius epigrammatis in codicibus antiquis sic legitur: 'de firmano saltu qui mentula diues dicitur' (*fol.* CXIIII[a]). *Cf. quae in indice scholarum dorpatensium anni* 1865 *p.* 9—11 *exposui.*

82 *Codici uicentino haec praescripta sunt:* In hoc codice continentur Tibullus Catullus Propertius, quos ego Marcus

Antonius Mauroceno transcribi curaui dum Patauii essem MCCCCLX. *cf. Detlefsenum in actis conuentus philol. kiloniensis* (*Kilon.* 1869) *p.* 91.

83 *In codice britannico* 11915 *haec est subscriptio:* Scriptus completusque per me ιεϱωνιμον δε Χϱεσπανο notarium taruisinum peccatorem et indignum famulum ιω̅ Χϱι̅ 1460.

84 *In fine codicis berolinensis* (*Diez. B. Sant.* 37), *olim datani,* (*D*) *haec sunt:* Finis MCCCCLXIII. *cf. infra p.* 102.

85 *In codice Catulli Tibulli Propertii qui olim Iacobi Cuiacii fuit, nunc Henrici Alani Dublinensis est, haec est subscriptio:* foeliciter explicit per me pacificum Maximum de Asculo in Sapientia ueteri Perusiae. Anno 1467 6 die Februarii. *cf. Ellisius l. c. p.* LVI.

86 *Raphael Volaterranus* (1450—1521) *commentar. urban. libr.* 14, *p.* 325 *ed. basil. a.* 1559: hic Catulli liber una cum Quintiliano repertus est aetate nostra laciniosus mendosusque. (*Quintilianum integrum Poggius in monasterio S. Galli a.* 1416 *repperit.*)

87 *Codex Propertii Catulli Tibulli parmensis* (*bibl. publ.* HH V 47) *scriptus est* in arcè papie anno domini 1471. *cf. Detlefsenum in actis conuentus philol. kiloniensis* (*Lps.* 1869) *p.* 91.

88 *Editio Catulli uere princeps s. l. circa annum* 1470 *in lucem prodiisse uidetur. cf. Bruneti man. libr.* 1[5], 1681 *et Ellisii ed. Cat.*[2] *p.* LIX. — *In hac editione et in editione a.* 1472 (*nr.* 89) *haec legitur Catulli uita:* Valerius Catullus, scriptor lyricus, Veronae nascitur olympiade CLXIII anno ante natum Salustium Crispum diris Marii Syllaeque temporibus, quo die Plotinus latinam rhetoricam primus Romae docere coepit. amauit hic puellam primariam Clodiam, quam Lesbiam suo appellat in carmine. lasciuiusculus fuit et sua tempestate pares paucos in dicendo frenata oratione, superiorem habuit neminem. in iocis apprime lepidus, in seriis uero grauissimus extitit. erotica scripsit et epithalamium in Manlium. anno uero aetatis suae XXX Romae moritur elatus moerore publico.

89 *Editio Catulli uulgo pro principe habita a.* 1472 *prodiit.*

90 *Angelus Politianus in exemplar editionis a.* 1472 *Romae in bibliotheca corsiniana adseruatum haec adscripsit:* cum eius poetae plurimos textus contulissem, in nullum profecto incidi qui non itidem ut meus est corruptissimus. *cf. Bandini catal. codd. latin. laurent.* 2, 98.

91 'In bibl. Oliuetanorum neapolitana Propertii Catulli Tibulli

Statii siluarum codex ab Antonio Sinibaldo Florentiae descriptus a. 1484' *Montfaucon, bibliotheca bibliothecarum* 1, 230[c].

92 *Ripamontius in hist. urbis Mediolani* 20, 15 *narrat Frederico Borromaeo cardinali ab episcopo melfitano donatum esse* Catullum, quem aut poetae ipsius manu aut aetate certe illa scriptum diceret quisquis perite faciem ductusque litterarum aestimaret: et fama hodie illum codicem inter cetera pretiosa bibliothecae sequitur: *scilicet is codex est ambrosianus* D 24 *scriptus circa annum* 1500: *cf. Heysii conuers. Cat. german. p.* 285.

93 *D. Io. Matheo Giberto honoratissimo Veronae episcopo . . . nouas committit recognitiones Hieronymus Auancius Veronensis in Catullum et Senecam tragicum, illum* MDII, *hunc* MDXVII *impressos in aedibus Aldi. in libello qui ita inscriptus est Auantius Giberto haec narrat:* ego quidem anno MDXII diro bellorum furore Veronae inclusus (ne nihil agerem) decem illustrium poetarum codices emendaui: quos omnes Veronae coram Cariatheo comite Aldo nostro donaui. in octo horum poetarum recognitionibus maximum mihi subsidium contulerunt uetusta exemplaria. uerum magno pignore contenderim hodie non inueniri ullum catullianum codicem scriptum ante octuaginta annos (*haec Auantius inter annos fere* 1525 *et* 1540 *scripsit*), hoc est ante Guarini (*cf. supra nr.* 81) aetatem. is enim ad patriam rediens Catullum diu multumque desideratum Italiae restituit sed deprauatum. *cf. A. A. Renouard, annal. de l' imprimerie des Alde, Paris*[3] 1834 *p.* 496 *et quae dixi in Leutschii philologo* 24, 351.

CATVLLI VERONENSIS

LIBER.

1 Quoi dono lepidum nouum libellum
Arido modo pumice expolitum?

Inscriptio libri et carminis 1: Catulli Veronensis liber Incipit. ad Cornelium (*uerba* ad Cornelium *add g*) *G litt. rubr.* Catullus Veronensis poeta *manus recentior litteris nigris et minoribus in summo margine adscripsit in O* [Catulli Veronensis poetae liber incipit *AL* Catulli Veronensis liber incipit ad Cornelium *B* Catulli Veronensis ad Cornelium *A* Catulli ueronensis poetae illustris incipit feliciter ad cornelium *H* Catulli Veronensis poete illustris Ad cornelium liber incipit *P* Q. Catuli Veronensis liber incipit ad Cornelium I *D* Q. Valeri Catulli ueronens. ad Corn. Nepotem liber carm. I *C*] ‖ 1 'Cui — libellum' Veronensis ait poeta quondam *Ausonius 23, 1 p. 120 Sch.*, illud catullianum 'Cui — libellum' *idem 26, 1 p. 127* ‖ 1. 2 circumcidi libros Siciliae primum increbuit. nam primo pumicabantur. unde et Catullus ait 'Cui — expolitum' *Isidorus orig. 6, 12, 3.* Siculi libros primi circumcidere coeperunt, cum ante pumicarentur, de quo Catullus 'Qui dono l. n. l. arrida [*sic ed. Ven.:* arida *codex aut Pastrengici ipsius aut ei aequalis uenetus, cf. Baehrensii ed. Cat. p. LIX*] modo Punicae [*sic ed. ueneta:* pumice *cod. Pastrengici*] expolitum' Idem (= *Isidorus*) *Guilel. Pastrengicus de originibus rerum p. 88b* ‖ (1) 2. 3. 4 uel ueronensis Catullus '.. (*primus uersus in codice amissus est*) Arido — nugas' *schol. ueronens. in Verg. eclog. 6, 1, p. 73 Keilii* ‖ 1. 2. 4 Exemplis tribus ..., Docti carmine quae legis Catulli: 'Cui dono — expolitum' 'Meas — nugas' *Terent. Maur. 2560.* Catullus ... 'Cui — expolitum' 'Meas — nugas' *Mar. Victorin. p. 148, 20 Keil.* ‖ 2. 4. 1 (apud Catullum) *singulos Caes. Bass. p. 261 citauit. Atil. Fortunat. 298, 21 K. haec habet* talis est pars ex catulliano hendecasyllabo detracta priore parte 'pumice expolitum' ‖ 2 *respexit Plinius nat. hist. 36, 154* sed ii pumices qui sunt in usu corporum leuandorum feminis, iam quidem et uiris, atque, ut ait Catullus, libris, laudatissimi sunt in Melo; *cf. Cat. 22, 8* ‖ 3. 4 'namque tu solebas Nugas esse aliquid meas putare' (*sic Hauptius:* esse aliquid meas putare nugas *uel* putare aliquid esse meas nugas *libri*), ut obiter emolliam (*sic Herm. Barbarus:* obicere molliam *libri*), Catullum conterraneum meum ...: ille enim .. permutatis prioribus syllabis duriusculum se fecit *Plinius praef. nat. hist. § 1* ‖ 4 solet enim, ut Catulli Veronensis uerbo utar, 'meas esse aliquid putare nugas' *Petrarca senilium 11, 3 p. 978* ‖ 5—7 Benzius Longobardus ... cunctarum gentium, nationum, regum populorumque omnium simul gesta contexuit, opus grande, uolumen immensum, quod in tres dimensus est partes, ut de illo dici possit quod scribit ueronensis poeta dicens 'ausus quidem unus Italorum Omne aeuum tribus explicare chartis (·i· uoluminibus), Iupiter, doctis et laboriosis' *Guil. Pastrengicus de origin. reb. p. 16a*

1 Quoi *ω*: Qui *V Pastrengicus* Cui *ω et scriptores qui hunc uersum citant ueteres* ‖ 2 Arido *V et scriptores ueteres qui uersum*

Corneli, tibi: namque tu solebas
Meas esse aliquid putare nugas
Iam *tum* cum ausus e*s* unus Italorum
Omne aeuum tribus explicare cartis
Doctis, Iupiter, et laboriosis
Quare *h*abe tibi quicquid hoc libelli,
Qualecumque: quod, *o* patrona uirgo,
Plus uno maneat perenne saeclo.

2 Passer, deliciae meae puellae,
Quicum ludere, quem in sinu tenere,
Qu*o*i primum digitum dare atpetenti
Et acris solet incitare morsus,
Cum desiderio meo nitenti
Karum nescio quid libet iocari
Et solaciolum sui doloris
(Credo ut *t*um grauis acquiescat ardor):
Tecum ludere sicut ipsa possem
Et tristis animi leuare curas!

Tam gratum est mihi quam ferunt puellae

---

citant [Arrido *DP*]: Arida *ω Pastrengicus. cf. Seruius ad Verg. Aen. 12, 587* 'in pumice' autem iste masculino genere posuit, et hunc sequimur. nam et Plautus ita dixit: licet Catullus dixerit feminino ‖ [punice *ABDA* Punicae *Pastrengicus in ed. uen., sed cf. supra*] ‖ 5 Iam tamen (tī *O* tam̄ *G*) *V* ‖ es] est (ē *GO*) *V* ‖ 6 aeuum] eum *G**, *bis corr et G*[1] *et g* ‖ 8 tibi habe *V* ‖ h' (*i. e.* haec, *sed saepius in O* h' = haec *et* l' = hoc *confunduntur*) *O** ‖ libelli] *sscr* al' mei *G*[1] [*A*, mei *pro* libelli *Laur. 33, 12 Vatic. 1630*] libelli est *ω* ‖ 9 o *add ω*: *om V*. Q. quidem (*sic ω*), patrone, per te *Handius* Q. quidem est, patroni ut ergo *Bergkius* ‖ 10 perie *O**

2 *Interstitium unius uersus V, quod titulo* Fletus passeris lesbie *expleuit g litt. rubr., ut semper in titulis. hoc* (*et sequens*) *carmen, respexit Martialis 4, 14, 13* Sic forsan tener ausus est Catullus Magno mittere passerem Maroni, *11, 6, 16* Donabo tibi passerem Catulli, *1, 7, 3* Stellae delicium mei columba, Verona licet audiente dicam, Vicit, Maxime, passerem Catulli ‖ 1 apud Catullum ... 'Passer — puellae' *Caesius Bassus p. 260 K.*, ecce et phalaecium .... ut 'Passer — puellae' *Atil. Fortunat. p. 293, 8 K.*, phalaecius 'Passer — puellae' *Censorinus p. 614, 17 K.* ‖ 2 Qui cum *V* ‖ 3 Qui *V* ‖ at petenti *V sscr* al' parenti (*quod prius fuit* patenti, r *littera ex* t *correcta est*) *G*[1] ‖ 4 Et *g*: Ea *V** ‖ 6 Karum *V**: Carum *g* ‖ libet] al' iubet *O in marg.* ‖ 7 Vt *uel* In *ω* Est *Handius* Es *Iacobsius* ‖ 8 cum *V* ‖ acquiescet *V* adquiescet *g* Est solaciolum — Credo et tum gr. acquiescet *Schoellius* Credo uti gr. *Schrader* ‖ 9 Tecum] al' secum *O in marg.* ‖ ludere (*sed in O lineola quae super* e *finali fuerat est erasa*) *V sscr* al' luderem *G*[1] ‖ 11—13 *cohae-*

Pernici aureolum fuisse malum,
Quod zonam soluit diu ligatam.

3 Lugete, o Veneres Cupidinesque,
Et quantum est hominum uenustiorum.
Passer mortuus est meae puellae,
Passer, deliciae meae puellae,
Quem plus illa oculis suis amabat:
Nam mellitus erat suamque norat
Ipsam tam bene quam puella matrem,
Nec sese a gremio illius mouebat,
Sed circumsiliens modo huc modo illuc
Ad solam dominam usque pip*i*abat.
Qui nunc it per iter tenebr*ic*osum
Illuc unde negant redire quemquam.
At uobis male sit, malae tenebrae
Orci, quae omnia bella deuoratis:
Tam bellum mihi passerem abstulistis.
O factum male! *io* m*i*selle passer,
Tua nunc opera meae puellae
Flendo turgiduli rubent ocelli.

---

rent cum praecedentibus V cf. ad c. 14, 24. hos uersus adiunxit carmini 38 Froehlichius, inseruit (*uocula* est *deleta*) *post 3, 15 Weisius* ‖ 11 est] id *Muretus* ‖ 13 negatam *V adscr* al' ligatam *g* [ligatam *ABCDHLΛ*: negatam *Vaticanus 1630 Laur. 33, 12.* negatam, *corr* ligatam *P*]. similiter Catullus ueronensis 'quod zonam soluit diu ligatam' *Priscianus instit. 1, 22 p. 16, 12 H. cf. in titulo Iulii Agathemeri in Anth. lat. 5, 219, 49 Burm. 1704 Mey.*: Te uocant prece uirgines pudicae, Zonulam ut soluas diu ligatam

3 *cohaeret cum praecedenti sine interstitio V* ‖ 3 *in* mee puelle *et 4 in* delicie mee puelle *et 17* mee puelle *septiens* e *in* ae *corr γ* ‖ 4 [*om ABLΛP*] ‖ 7 Ipsa *ω* Issa *Bergkius* ‖ 9 circum siliens *G* circum silens (*et in marg* al' siliens) *O**. *cf. Cic. ad Att. 13, 25, 3* O Academiam uolaticam et sui similem 'modo huc, modo illuc' ‖ 10 pipiabat *Vossius*: piplabat *V* pipilabat *ω* ‖ 11 tenebrosum *V* ‖ 12 Illud *V* al' illuc *O in marg. Seneca Diui Claudii ἀποκολοκύντ. 11* nec mora, Cyllenius illum collo obtorto trahit a caelo 'illuc (*om libri*, *add Muretus*) unde n. r. quemquam'. *cf. in titulo Iulii Agathemeri in Anth. lat. 5, 219, 11 Burm. 1704 Mey.*: unde fata negant redire quemquam ‖ 14 Orciqꝫ *V sscr* al.' ‾ G^1 ‖ bella] *sscr* pulcra G^1 ‖ 16 O factum male, o (io *Lachmannus*, proh *Bapt. Guarinus*) miselle passer *ω*: Bonum factum. male bonus ille passer *V. cf. in titulo Augustae Ausciorum reperto* (*Wilmannsii exempl. inscript. lat. 584*) *haec ad h. u. expressa*: O factum male, Myia (*nomen catelli mortui*), quod peristi ‖ 17. 18 *scholiasta ad Iuuenalem 6, 8* (haut similis tibi, Cynthia, nec tibi cuius Turbauit nitidos extinctus passer

4 **P**hasellus ille quem uidetis, hospites,
A*i*t fuisse nauium celerrimus,
Neque *u*llius natantis impetum *trab*is
Nequ*i*sse praeterire, si*u*e palmulis
Opus foret uolare si*u*e linteo.
Et hoc negat mina*c*is Adriatici
Negare litus insulasue Cycladas
Rhodumque nobilem horridamque *th*ra*c*iam
Propontida trucemue ponticum sinum,
Vbi iste post phasellus antea fuit
Comata silua: nam cyt*o*rio in iugo
Loquente saepe sibilum edidit coma.
Amastri pontica et Cytor*e* buxifer,
Tibi haec fuisse et esse cogn*i*tissima

---

ocellos) *p. 598 Cram.* Catullus 'Tua nunc opera mea p. Flendo turgiduli rubent ocelli'. *eosdem uersus respexit Martialis 7, 14, 2* Amisit lusus deliciasque suas, Non quales teneri plorauit amica Catulli Lesbia nequitiis passeris orba sui (*cf. 1, 109, 1* Issa est passere nequior Catulli) *et 14, 77* (*Cauea eborea*) Si tibi talis erit qualem dilecta Catullo Lesbia plorabat, hic habitare potest. *cf. Petrarcae ep. uar. 32* (*ex anno 1356*) *p. 1097 ed. basil. a. 1554*: apud Catullum Lesbia meretricio amore saucia passerem suum fleuit extinctum, ita tamen ut oculorum aciem perderet, non ut animam exhalaret

4 *Interstitium unius uersus V, quod titulo* De phasel*o (*fuerat* phasello) *expleuit G*[1] ‖ 1 Phasellus] l *altera erasa in G* Hasellus (P *littera omissa et miniatori reseruata*) *O* Phaselus *uulgo. cf. parodiam inter catalepta uergiliana per totum carmen comparandam* 'Sabinus ille, quem uidetis, hospites'. — Ante ergo uersum collocabo iambicum 'Phaselus — hospites' *Terentian. Maur. 2276* (*et saepius in sequentibus*). exemplum — erit 'Phaselus — hospites' *Mar. Victorin. p. 134 K. sqq.* (*cf. p. 63, 28. 84, 4. 162, 6*). ut ait Catullus (Plautus *codd.*) 'Phaselus — hospites' *schol. ad Lucani Phars. 5, 518 p. 389 Web.* neque quisquam umquam uersum esse dubitauit 'Phaselus — hospites' *Augustinus de mus. 5, 4, 5.* etiam istum uersum metire .... 'Phaselus — hospites' *ibid. 5, 6, 11.* et 'Phaselus — hospites' primum membrum habet *cet. ibid. 5, 8, 16. cf. idem in Ang. Maii script. uet. collect. 3, 3, 130. c. 17. 18. 19.* trimetros iambicus latine senarius dicitur, cuius exemplum 'Phaselus (fatalis *cod. coloniensis*) iste (*sic Censorinus solus*) q. u. hospites' *Censorinus p. 612, 18 K.* sicut phasillus ille quem aiunt (agiunt *codd.*) auctores (auctorem *codd.*) esse nauium celerrimum (*Hauptius*: calaetarum *uel* celaturum *codd.*). quem habuit hospes Serenus. Iunilius dicit *schol. bernensia ad Verg. georg. 4, 289 p. 971 Hagen.* ‖ 2 Aiunt *V* ‖ celerrimum (celerimum *O**) *V* ‖ 3 illius *V* ‖ tardis *V* ‖ 4 Neqꝫ esse *V* ‖ praeter ire *Luc. Mueller* ‖ sine *V* ‖ 5 sine *V* ‖ 6 Et h' (*h. e.* haec, *cf. supra ad 1, 8*) *O** ‖ minacis] mina ei *V* ‖ 7 insulas ue cicladas *G* insula uegeladas *O** ‖ 8 Rhodumue — horridamue *ω* ‖ tractam *V* ‖ 9 siniā *O** ‖ 10 Vbuste *O** ‖ phasellus] l *altera erasa in G*, phaselus *uulgo* ‖ 11 silua *prius om, post in marg. add O* ‖ citeorio *G* citeono *O** ‖ 13 citheri *V* ‖ 14 cognotissima *V*

Ait phasellus: ultima ex origine
Tuo stetisse dicit in cacumine,
Tuo imbuisse palmulas in aequore,
Et inde tot per impotentia freta
Herum tulisse, laeua siue dextera
Vocare*t* *a*ura, siue utrumque Iupiter
Simul secundus incidisset in pedem:
Neque ulla uota litoralibus diis
Sibi esse facta, cum ueniret a mare*i*
Novissim*o* hunc ad usque limpidum lacum.
Sed haec prius fuere: nunc recondita
Senet quiete seque dedicat tibi,
Gemelle Cast*or* et gemelle Castoris.

5 Viuamus, mea Lesbia, atque amemus,
Rumoresque senum seueriorum
Omnes unius aestimemus assis.
Soles occidere et redire possunt:
Nobis cum semel occidit breuis lux,
Nox est perpetua una dormienda.
Da mi basia mille, deinde centum,
Dei*n* mille altera, dei*n* secunda centum,

---

15 phasellus] l *altera erasa in G* ‖ 17 Tuo *O**: Tuas *G* ‖ impotencia *O* ‖ 20 Vocare cura *V* Vagaret *Lachmannus* ‖ utrūque *V* ‖ 22 littoralibus *O* ‖ 23 a marei *Lachmannus*: amaret *V* ‖ 24 Nouissime *V* ‖ 25 haec (h') *O*: hoc *G* ‖ recomdita *O** ‖ 27 Castor] castrum *V sscr* al' castorum G^1 ‖ 25—27 senesco et seneo apud antiquos dicebatur: unde et Catullus 'nunc recondita — Castoris' *Diomedes p. 344, 6 K.*, unde et Catullus sic rettulit 'nunc recondita — tibi Gemelle (*media desunt*) Castoris' *Charisius p. 252, 24*, Catullus 'sed haec . . (prius *om libri*) fuere: n. r. s. quiete' *Priscianus inst. 9, 49 p. 484, 2 H.*

5 *Interstitium unius uersus V: inseruerat titulum* De Lesbia G^1, *unde* Ad Lesbiam *fecit g* [Ad Lesbiam *ABCDHLΔ*] ‖ 1 Iuamus. (*littera initiali miniatori reseruata*) *O* ‖ 3 estinemus *O** [estimemus *CHL*] extimemus *G* ‖ 4 ocidere *O**. da propriae qualitatis nomen. 'sol' et quia (qui *Hauptius*) dixit 'soles ire et redire possunt' pro diebus hoc dixit *Iuliani Toletani art. gramm. p. 63^b ed. rom. cf. Hageni suppl. gramm. latin. p. CCXX, 12* ‖ 5 Nobiscum *V* ‖ 7 *sqq. hos uersus respexit Catullus ipse 16, 12 et Martialis 11, 6, 14* Da nunc basia, sed catulliana. Quae si tot fuerint quot ille dixit, Donabo tibi passerem Catulli, *6, 34, 7* Nolo quot (*basia*) arguto dedit exorata Catullo Lesbia: pauca cupit qui numerare potest, *12, 59, 3* Tantum dat tibi Roma basiorum . . . . Quantum Lesbia non dedit Catullo ‖ 8 Deinde mille altera deinde *V* Deinde mi altera da *g* [*BCHΔ*]

Deinde usque altera mille, deinde centum.
Dei*n*, cum milia multa fecerimus,
Conturba*b*imus illa, ne sciamus
Aut nequis malus inuidere possit,
Cum tantu*m* sciat esse basiorum.

6 Flaui, delicias tuas Catullo,
Ne*i* sint illepidae atque inelegantes,
Velles dicere nec tacere posses.
Verum nescio quid febriculosi
Scorti diligis: hoc pudet fateri.
Nam te non uiduas iacere noctes
Nequidquam tacitum cubile clamat
Sertis ac syrio fragrans oliuo,
Puluinusque peraeque et he*i*c et ill*eic*
Attritus tremulique quassa lecti
Argutatio inambulatioque.
Nam ni*l* st*u*pr*a* ualet, nihil, tacere.
Cur? non tam latera ecfutu*t*a panda*s*,
Ne*i* tu quid facias ineptiarum.
Quare quicquid habes boni malique
Dic nobis. uolo te ac tuos amores
Ad caelum lepido uocare uersu.

---

10 Deinde *V* || millia *G* || 11 Conturbauimus illa nesciamus *V* || 13 tantus *V* || sciet *Buecheler collato priapeorum uersu* (*52, 12*) Cum tantum sciet esse mentularum

6 *praecedenti coniunctum in O*, *interstitio separatum in G. in interstitio titulus est* Ad Flauium, *quem g fecit ex antiquiore a G*[1] *inserto: litterae* Ad .....um *sunt manus primae G*[1], *mediae correctoris g. qualis inscriptio manus primae fuerit incertum est, fortasse* Ad se ipsum *scripserat, cf. infra titulum c. 8* [Ad Flauium *ABCDHLA*] || 1 catulo *O* || 2 Nei *Lachmannus*: Ne *V* Ni *ω* || 3 Velis — possis *Heinsius* || 5 h' (= hic) *O** || 7 Nequid quam *O**: Ne quicquam *G* Nequaquam *Heinsius* || 8 ac syrio *ω*: asirio *V* et syrio *ω* || flagrans *V fortasse recte* || 9 hic et illic *ω* (heic et illeic *Baehrensius*): hec (h' *O* = haec) et illo *V* [*ABCLA*] *sscr* al' hic *et* al' ille *in G* (hic *sscr G*[1], al' *bis et* ille *sscr g* [et hic et ille *D*] || 12 nil stupra ualet *Hauptius*: ni ista (inista *O*) preualet nichil *V* ni stupra, ualet *Scaliger* Nam mi stupra ualet *uir doctus in diar. class. brit. 24* (*1821*), *211. an* Iam nil stupra uales? || 13 Cur nunc *ω* || exfututa *ω* (ecf. *Lachmannus*): et futura *V* || panda *V* pandes *Riesius* || 14 Nei *Marcilius*: Nec *V* || 12—14 Nam, ni ista ore ualet, nihil tacere Curant iam latera ecfututa panda Noctu quid *Heysius* || 15 quid quid *O* || babes bonique malique *O** || 17 uersu *g*: uersum *V**

7

Quaeris quo*t* mihi basiationes
Tuae, Lesbia, sint satis superque.
Quam magnus numerus libyssae harenae
Lasarpiciferis iacet Cyrenis,
Orac*l*um Iouis inter aestuosi
Et B*at*ti ueteris sacrum sepulcrum,
Aut quam sidera multa, cum tacet nox,
Furtiuos hominum uident amores,
Tam te basi*a* multa basiare
Vesano satis et super Catullo est,
Quae nec pernumerare curiosi
Possint nec mala fascinare lingua.

8

Miser Catulle, desinas ineptire
Et quod uides perisse perditum ducas.
Fulsere quondam candidi tibi soles,
Cum uentitabas quo puella ducebat
Amata nobis quantum amabitur nulla.
Ibi illa multa tum iocosa fiebant,
Quae tu uolebas nec puella nolebat.
Fulsere uere candidi tibi soles.
Nunc iam illa non uult: tu quoque, impote*ns, noli,*
Nec quae fugit sectare, nec miser uiue,
Sed obstinata mente perfer, obdura.
Vale, puella. iam Catullus obdurat,
Nec te requiret nec rogabit inuitam:
At tu dolebis, cum rogaberis nulla.
Scelesta, *u*ae te! quae tibi manet uita!

---

7 *Interstitium V, inseruit titulum* Ad lesbiam *g* ‖ 1 quod michi *V* ‖ 3 li(y *G*)bisse *V* ‖ arene *G* ‖ 4 Lasarpici feris (*sscr* al' fretis *g*) iacet ty∗renis (*add in marg.* al' cyrenis *g*) *G* (*littera in* ty∗renis *erasa non fuit* r, *potius* a). Lasarpici fecis iaces tyrenis *O** [Lasarpici feris (*in marg. add* ł fretis *C m. pr., idem in textu HP*) *ABCDLΔ.* tyrenis *BHΔ* tyrrenis (*in marg. add* ł cyrenis *C m. pr.*) *ACL*] ‖ 5 Oradum *O* Ora dum *G* ‖ 6 Et beati *V sscr* al' beari *G*[1] [Et beari *Laur. 33, 12*] ‖ 7 sydera *V* ‖ 9 basiei *V* [*C*] *sscr* al' basia *G*[1] [*idem in marg C*] ‖ 10 catulo *O* ‖ 11 euriosi *V**

8 *Interstitium V.* Ad se ipsum *inseruit g* ‖ 1 Iser (*littera initiali miniatori reseruata*) catule *O* ‖ 4 Cum] C *in rasura O, sed m. pr.* ‖ quo *g*: quod *V* ‖ dicebat *Dousa filius* ‖ 5 Amata tantum quantum *Schoellius* ‖ 6 tum *g*: cum *V* cum — nolebat, Fulsere *Auantius* tam *ω* ‖ 8 candid∗i (*longa et angusta littera erasa*) *G* ‖ 9 im(n *O*)pote *V* ‖ noli *add Auantius: om V.* impotens ne sis *Scaliger* impete insano *Heysius* ‖ 10 Necqꝫ fugit *O* ‖ 14 nullei *Rossbergius* ‖ 15 uae te. quae *Balth. Vena-*

Quis nunc te adibit? cui uideberis bella?
Quem nunc amabis? cuius esse diceris?
Quem basiabis? cui labella mordebis?
At tu, Catulle, destinatus obdura.

9 Vera*ni*, omnibus e meis amicis
Antista*n*s mihi milibus trecentis,
Venistine domum ad tuos penates
Fratresque u*n*animo*s* *anu*mque matrem?
Venisti. o mihi nuntii beati!
Visam te incolumem audiamque Hiberum
Narrantem loca facta nationes,
Vt mos est tuus, applicansque collum
Iocundum os oculosque sua*ui*a*b*or.
O quantum est hominum beatiorum,
Quid me laetius est beatiusue?

10 Va*r*us me meus ad suos amores
Visum duxerat e foro otiosum,
Scortillum, ut mihi tunc repente uisum est,
Non sane illepidum neque inuenustum.
Huc ut uenimus, incidere nobis
Sermones uarii, in quibus, quid esset
Iam Bithynia, quo modo *s*e haberet,
Ecquonam mihi profuisset *a*ere.
Respondi id quod erat, nihil neque *i*psis
Nec praetoribus esse nec cohorti
Cur quisquam caput unctius referret,

---

tor: ne te q̄ *G* ne teqꝫ *O* nulla, Scelesta, nocte *Statius* nullam — noctem *Vossius* quae te, uae tibi, *Froehlichius* ‖ 16 adhibit *O** ‖ 18 cri] cū *O**

9 *Interstitium V. titulum* Ad Verannium *inseruit g* ‖ 1 Verani *Ramler*: Veranni *V* ‖ e *om O** o *Baehrensius* [ex omnibus meis *AL*] ‖ 2 Antistans *ω*: Antistas *V* ‖ millibus *G** ‖ 4 uno animo *V* ‖ anumque *Faernus*: sanamque *O* [*ABΔP*] suamque *G* [*CDHL*] *sscr* al' sanam *G*¹ senem *ω* ‖ 5 nuncii *V* ‖ 9 suabior *V* ‖ 11 beatiusque *ω*

10 *cum c. 9 sine interstitio cohaeret V* ‖ 1 Varius *V* ‖ mens *V* corr in* meus *g*, *sscr* meus *G*¹ ‖ 2 ociosum *G* occiosum *O** ‖ 3 tūc *O* [*Laur. 33, 12*]: tū *G* [ut tunc mihi *AL*] ‖ 4 nlepidum *G corr in* illepidum *g* ‖ 7 Iam bithinia *G*: Iarbithinia *O** ‖ quomodo posse haberet *V* ‖ 8 Ecquonam *Statius*: Et quoniam *V sscr* al' quonam *G*¹ [Et quoniam *L*] ‖ here *V* ‖ 9 neque ipsis [*Laur. 33, 12*]: neque nec in ipsis *V* [*ABCHLΔP*] *sscr* al' neque ipsis . nec *G*¹ neque in ipsis *g* [*D*] mihi nec ipsi *Statius* mihi neque ipsi Hoc praetore fuisse nec *Traubius* ‖ 10 Nunc *Westphalius* ‖ quaestoribus *Muretus*

Praesertim quibus esset irrumator
Praetor nec faceret pili cohortem.
'At certe tamen' inquiunt, 'quod illic
Natum dicitur esse, comparasti
Ad lecticam hominis.' ego, ut puellae
Vnum me facerem beatiorem,
'Non' inquam 'mihi tam fuit maligne
Vt, prouincia quod mala incidisset,
Non possem octo homines parare rectos.' —
At mi nullus erat ne*que* hic neque illic,
Fractum qu*i* ueteris pedem grabati
In collo sibi collocare posset. —
Hic illa, ut decuit cinaediorem,
'Quaeso' inquit 'mihi, mi Catulle, paulum
Istos commoda: nam uolo ad Sarapim
Deferri.' 'man*e*' inqui*i* puellae,
'Istud quod modo dixeram me habere,
Fugit me ratio: meus sodalis
C*inn*a est G*aius*: is sibi parauit.
Verum, utrum illius an mei, quid a*d* me?
Vtor tam bene quam mihi pararim.
Sed tu insulsa male et molesta uiuis,
Per quam non licet esse negligentem.'

11 Furi et Aureli, comites Catulli,
Siue in extremos penetra*b*it Indos,

---

13 nec *O* [*Laur. 33, 12*]: non *G* [*et paene omnes libri collati*] *sscr* al' nec G^1 non faciens *Gronouius* ‖ 15 *ad h. u. respexit Vallae qui dicitur Probus ad Iuuenal. 1, 121* lecticarum usum, inquit Probus, primi dicuntur inuenisse Bithyni; *ibid. 6, 351 δίφρον* significat, inquit Probus: apud Bithynos autem usus lecticae inuentus est ‖ 16 leticam *O* letic*am (*littera incerta erasa*) *G* (let. *V**) ‖ 17 beatiorum *ω* ‖ 21 nec hic *V Luc. Mueller* ‖ 22 qui] que *V* ‖ 24 docuit *V* ‖ sinediorem *O** ‖ 25 inquid *O** ‖ 26 comodā *O** Istos commoda: enim *Burmannus obss. misc. 5, 2* Istos: commodum enim *Handius* Istos: nam uolo commode *Statius* Istos da: modo nam *Doeringius* ‖ sa(*sscr* al' e *g*)rapim *G* [sarapim *D*] serapini *O** [serapim *ceteri boni*] ad Serapis *Baehrensius* ‖ 27 Deserti *V* [*Δ*] *sscr* al' deferri *g* [Deferri *ceteri boni*] ‖ mane *ω*: mane me *V* minime *Pontanus* mi anime *Bergkius* meminei *Munro* ‖ inquit *G* inquid *O** ‖ 30 Cuma *V* ‖ grauis *V* Gauius *Ribbeckius* erat grauis *Heysius* ‖ 31 ad me] ame *V* ‖ 32 paratis *Statius* ‖ 33 tu insula *G* tulsa *O** tu salsa *Schrader* ‖ male] *in* le *aliquid erasit et corr* G^1 (*fuerat fortasse* malle) mala *ω* ‖ niuis *O**

11 *Nullum interstitium V.* Ad furium et aurelium *in marg. add g, idem ante u. 1 paragraphum adscripsit* ‖ 2 penetrauit *V*

Litus ut longe resonante eoa
Tunditur unda,

Siue in Hyrcanos Arabasue molles,
S*eu* Saga*s* sagittiferosue Parthos,
Siue qu*a* septemgeminus colorat
Aequora Nilus,

Siue trans altas gradietur Alpes,
Caesaris uisens monimenta magni,
Gallicum Rhenum horribile *ae*qu*o*r ulti-
mosque Britannos,

Omnia haec, quaecumque fere*t* uoluntas
Caelitum, temptare simul parati,
Pauca nuntiate meae puellae
Non bona dicta.

Cum suis uiuat ualeatque moechis,
Qu*o*s simul complexa tenet trecentos,
Nullum amans uere, sed identidem omnium
Ilia rumpens:

Nec meum respectet ut ante amorem,
*Q*ui illius culpa cecidit uelut prati
Vltimi flos, praetereunte postquam
Tactus aratro est.

12 Ma*r*rucine Asini, manu sinistra
Non belle uteris in ioco atque uino:

---

3 ut *V* [*P*]: [ubi *ceteri boni*] ‖ resonans *Statius* ‖ coa *O** ‖ 5 arabas ue *O**: arabaes qз *G** [arabesque *CDHLΔ*] ‖ 6 Siue *V* ‖ [sagas *ABDLΔ*]: sagax *V* [*CH*] Sacas *uulgo* ‖ sagittiferos ue *G* sagitiferos ue *O* -que *ω* ‖ 7 Siue quē *G* Siueqз *O* quae *ω* ‖ 8 Epra *O** ‖ 9 Sui *O** ‖ 11 renum *O* ‖ horribile aequor *Hauptius*: horribilesque *V* horribiles et *ω* horribiles in *ω* horribilem usque ad *Coningto* ‖ ulti *om V hoc loco* (*cf. u. 12*): *add g* ‖ 12 Vltimosque (Vitimosque *O**) *V*, *quod erasit et corr in* Mosque *g* ‖ 13 fere *V* ‖ 14 tentare *G* ‖ 15 nunciate *G* nunciare *O** ‖ 17 mechis *V* ‖ 22 Cui *V* ‖ 23 praeter eunte *Luc. Mueller* ‖ 23 *et* 24 postquam tactus aratro est *V eodem uersu, sed ut uersum adoneum suo loco* (*u. 24*) *poneret g uerbis* tactus — est *in extremo uersu 23 erasis simulque erasis quinque prioribus syllabis tituli carmini 12 a g prius praefixi* (*cf. ad h. c.*) *in harum rasura scripsit uu.* Tactus aratro est. [posquam *D**]

12 *Interstitium unius uersus V*: *g inseruerat titulum* Ad Matrucinū Asinium, *cuius nunc* (*cf. ad 11, 23*) *nihil nisi u.* Asinium *superest. litteris minutis add uu.* ad matrucinum *ut erasam tituli partem suppleret γ* [Ad Matrucinum Asinum (Asinium *ΔP*) *ACHLΔP*] ‖ 1 Matrucine *V* ‖ 2 *post* uteris, *non post* uino *interpunxit Klotzius* ‖ in ioco (*sscr* al' loco *G*[1]) *G* inloco *O* [in ioco *ceteri*]

Tollis lintea neglegentiorum.
Hoc salsum esse putas? fugit te, inepte:
Quamuis sordida res et inuenusta est.
Non credis mihi? crede Pollioni
Fratri, qui tua furta uel talento
Mutari uelit: est enim leporum
*Diff*ertus puer ac facetiarum.
Quare aut hendecasyllabos trecentos
Expecta aut mihi linteum remitte,
Quod me non mouet aestimatione:
Verum est *m*nemosynum mei sodalis.
Nam sudaria saetaba ex Hibere*is*
Miserunt mihi *mu*neri Fabullus
Et Veranius: haec ame*m* necesse est
*V*t Veraniolum meum et Fabullum.

13 Cenabis bene, mi Fabulle, apud me
Paucis, si tibi dii fauent, diebus,
Si tecum attuleris bonam atque magnam
Cenam, non sine candida puella
Et uino et sale et omnibus cachinnis.
Haec si, *i*nquam, attuleris, uenuste noster,
Cenabis bene: nam tui Catulli
Plenus sacculus est aranearum.
Sed contra accipies meros amores
Seu qui*d* suauius elegantiusue est:
Nam unguentum dabo, quod meae puellae
Donarunt Veneres Cupidinesque,

---

3 neglegenciorum *O** negligentiorum *G* ‖ 4 salsum (*sscr* al' falsum *g*) ēē *G* falsum al' salsum ēē (*omnia in textu*) *O* [falsum *ceteri*] ‖ 7 Fraī *O** (*h. e.* Frater) ‖ 8 uoluit *O** ‖ 9 Differtus *Passeratius*: Dissertus *O** Disertus *G* *uulgo* ‖ 10 endeca sillabos *V* (*coniunxit g*) ‖ 12 monet *O** ‖ extimatione *V* ‖ 13 est nemo sinum *G* nemo est sinum *O** ‖ *post* mnemosynum, *non post* sodalis *interpunxit Baehrensius* ‖ 14 sethaba *G* s3taba *O** (s3 = sed) ‖ exhibere *V* ‖ 15 Mi*serunt (*fuerat* Miserunt) *G* ‖ numeri *V* *sscr* al' muneri *G*[1] [numeri (*in marg.* ł muneri) *C*] ‖ 16 ameni *V* [almeni *HVatican. 1630* amem *celeri*] ‖ nccē *O* ‖ 17 Et *V*. *hunc uersum* (*cf. etiam 47, 3*) *respexit Plinius nat. hist. praef. 1:* ille (*Catullus*) .... duriusculum se fecit quam uolebat existimari a Veraniolis suis et Fabullis. *cf. supra ad 1, 2*

18 *Interstitium V: inseruit* Ad Fabullum *g* ‖ 1 Enabis (*prima littera miniatori reseruata*) *O** ‖ 6 unquam *V* ‖ 8 saculus *V* ‖ 9 meos *O* [me˘os *L*] ‖ 10 qui *V* *sscr* al' qd' *g* ‖ [elegantiusq3ue est *Δ*]

Quod tu cum olfacies, deos rogabis,
Totum ut te faciant, Fabulle, nasum.

14

Ne*i* te plus oculis meis amarem,
Iocundissime Calue, munere isto
Odissem te odio uatiniano:
Nam quid feci ego quidue sum locutus
Cur me tot mal*e* perderes poetis?
Isti dii mala multa d*e*nt clienti
Qui tantum tibi misit impiorum.
Quod si, ut suspicor, hoc nouum ac repertum
Munus dat tibi S*u*lla literator,
Non est m*i* male, sed bene ac beate,
Quod non dispereunt tui labores.
Dii magni, horribilem et sacrum libellum,
Quem tu scilicet ad tuum Catullum
Mi*s*ti, continuo ut die periret
Saturnalibus optimo dierum!
Non non h*o*c tibi, salse, *si*c abibit:
Nam, si luxerit, ad librariorum
Cu*rr*am scrinia, Caesios, Aquinos,
Suffen*u*m omnia colligam uenena,
*A*c te his suppliciis remunerabor.
Vos hinc interea ualete abite
Illuc unde malum pedem attulistis,
Saecli incommoda, pessimi poetae.

Si qui forte mearum ineptiarum
Lectores eritis manusque uestras
Non horrebitis admouere nobis...

---

14 *Interstitium V: inseruit* Ad Caluum poetam *g* ‖ 1 Nei *Lachmannus*: Ne *G* E (*littera prima miniatori reseruata*) *O* Ni *ω* ‖ 3 uaciniano *G* ‖ 5 malis *V* ‖ 6 dant *V* ‖ 9 si illa *V*. *h. u. citauit Martianus Capella 3, 229* hoc etiam Catullus quidam non insuauis poeta commemorat dicens 'Munus — litterator. *inde Ioannes Saresberiensis metal. 1, 24 hunc uersum nouit*: antiquitus uocabatur litterator iuxta illud Catulli 'Munus — litterator' ‖ 10 michi *V* ‖ 14 Misisti *V* ‖ 15 opimo *G* [*BΔ*] oppinio *O* sscr* al' optimo *g* [optimo *ceteri*]. *Macrob. Saturn. 2, 1, 8* quia 'Saturnalibus optimo dierum', ut ait ueronensis poeta *etc.* ‖ 16 hoc [*ACDL*]: hec *V* [*BHΔ*] ‖ salse *G* [*BΔ*] *sscr* al' false *g* false *O* [*et plurimi*] ‖ fit *V* in textu corr* sit *g* [sit *BΔ*] ‖ abibit *g*: adbibit *G** adhibit *O** ‖ 17 luserit *G* sscr* al' x *supra* s *litteram g* ‖ 18 Curā *O** Cur tam *G* ‖ scrinia *V**: scrineā *g* [scrinea *ABCDHLΔ*] ‖ Aquinios *Turnebus* ‖ 19 Suffenam *V* ‖ 20 Hac *V* ‖ tibi hiis supplit⁹ *O** ‖ 23 Seculi *V* ‖ incomoda *O* ‖ 24—26 *cum c. 14 sine interstitio cohaerent V: seiunxit*

15 Commendo tibi me ac meos amores,
Aureli: ueniam peto pudenter,
Vt, si quicquam animo tuo cupisti
Quod castum expeteres et integellum,
Conserues puerum mihi pudice,
Non dico a populo: nihil ueremur
Istos qui in platea modo huc modo illuc
In re praetereunt sua occupati:
Verum a te metuo tuoque pene
Infesto pueris bonis malisque.
Quem tu qua lubet, ut *l*ubet moueto
Quantum uis, ubi erit foris, paratum:
Hunc unum excipio, ut puto, pudenter.
Quod si te mala mens furorque uecors
In tantam impulerit, sceleste, culpam
Vt nostrum insidiis caput lacessas,
A tum te miserum malique fati,
Quem attractis pedibus patente porta
Percurrent raphanique mugilesque.

16 *P*edicabo ego uos et irrumabo,
Aureli pathice et cinaede Furi,
Qui me ex uersiculis meis putastis,
Quod sunt molliculi, parum pudicum.
Nam castum esse decet pium poetam
Ipsum, uersiculos nihil necesse est,

Auantius: idem eos posuit post c. 16, 13, Froehlichius ante c. 16, 1. Pleitner et Klotzius eos cum uersibus 2, 11—13 conexuerunt 'et post c. 1 collocauerunt, simili ratione Baehrensius eos ante 2, 11 inseruit ‖ āmouere *O*

15 *Interstitium V: inseruit* Ad Aurelium *g* ‖ 1 O mendo *O** ‖ tibi (i *posterior in ras.*) *G* ‖ 2 *an* Aureli, et*?* ‖ peto pudenter *Maehlius*: peto pudentē *O* (*sed cf. u. 13*) ^pudentem peto *G** ‖ 5 pudicum *Baehrensius* ‖ 6 ueremur] *post* m *add* i *g* ‖ 8 Inte *G**, *corr G*[1] ‖ occupāī *O** (*h. e.* occupari) ‖ 10 bonisque *V* ‖ 11 qualibet *V quod in* qualubet *corr g* ‖ ut iubet *G* [*D*] ut al' iubet *O** [ut iubet *om pr L, add sec L, item om ABCΔ*] ‖ moneto *O** ‖ 13 Huc *G** ‖ pudēτ *O* (*cf. u. 2*) prudenter *G** al' pudent' *add g* ‖ 16 nostrorum *O* ‖ 17 Ha *V*, *quod in* Ah *corr g* [At *ACL*] ‖ tū *O* tamē *G sscr* al' tū *g* ‖ 18 atractis *O**. *ex hoc loco sumpta sunt uu.* atractis pedibus *in inscriptione quadam pompeiana* (*C. I. L. 4, 1261*) ‖ 19 Pertundent *Maehlius*

16 *Nullum interstitium V* ‖ 1 Dedicabo *V* ‖ 2 patice *V* ‖ 3 mi *V** *corr g* ‖ 4 Quod *G, inde* Quot *g* ‖ moliculli *G*, *corr g* ‖ 5. 6 *Apul. apol. 11*

Qui tum denique habent salem ac leporem,
Si *sunt* molliculi ac parum pudici
Et quod pruriat incitare possunt,
Non dico pueris, sed his pilosis,
Qui duros nequeunt mouere lumbos.
Vos, qu*od* milia multa basiorum
Legistis, male me marem putatis?
*P*edicabo ego uos et irrumabo.

17 O C*o*lo*n*ia, quae cupis ponte l*u*dere longo,
Et salire paratum habes, sed uereris inepta
Crura ponticuli a*x*u*le*is *s*tantis in rediuiuis,
Ne supinus eat cauaque in palude recumbat,
Sic tibi bonus ex tua pons libidine fiat,
In quo uel Salisubsili*s* sacra suscipiant*ur*:
Munus hoc mihi maximi da, Colonia, risus.
Quendam municipem meum de tuo uolo ponte
Ire praecipitem in lutum per caputque pedesque,
Verum totius ut lacus pu*tid*aeque palud*i*s
Liuidissima maximeque est profunda uorago.
Insulsissimus est homo, nec sapit pueri instar
Bimuli tremula patris dormientis in ulna.
Quoi cum sit uiridissimo nupta flore puella
(*E*t puella tenellulo delicatior aedo,
Adseruanda nigerrimis diligentius uuis),
Ludere hanc sinit ut lubet, nec pili facit uni,

Catullum ita respondentem maliuolis non legistis 'Nam castum — necesse est'? ‖ 5—8 *Plinius epist. 4, 14, 5* scimus alioqui huius opusculi illam esse uerissimam legem quam Catullus expressit 'Nam castum — parum pudici' ‖ 6 uersiculo *librorum Plinii optimi mediceus et uaticanus* ‖ reccesse *O** ‖ 7 tn̄ *O* tamē *G sscr* al' tuꝫ *g* tunc *libri pliniani* ‖ 8 sunt *libri pliniani*: sint *V* ‖ 10 hiis pillosis *O** ‖ 12 Hos *O** ‖ quod [*Laur. 33, 12 Dresd.*]: qꝫ *V* [qui *ACL*] quei *Rossbachius* quom *Luc. Mueller* ‖ millia *G** ‖ 14 Dedicabo *V*

17 *Interstitium nullum V* ‖ 1 O culo in aque *V* ‖ ledere *V* loedere *Scaliger* ‖ 3 axuleis *scripsi*: ac sulcis *V* acsuleis *Ellisius* axulis *Handius* assulis *Statius* ‖ stantis *Statius*: tantis *V* ‖ reduiuis *O** ‖ 4 suppinus *O** ‖ canaque *O** ‖ 6 Salisubsilis *Statius* (Salisubsulis *ω*): sali subsili *V* [sali subsali *BDΔ*] Salisubsu(i)li *ω* Salisubsali *Bergkius* ‖ suscipiant *V* ‖ 7 maximi *a G omissum in marg. add G*[1] ‖ 8 Quēdam *G*: Quedam *O** ‖ 10 pudiceqꝫ *V* punicaeque *Heysius* ‖ paludes *V* ‖ 12 Insulsi simus *O** ‖ 13 Himuli *O** ‖ 14 Cui iocum sit *V* ‖ 15 Vt *V* Est *Lachmannus* ‖ tenellullo *O** ‖ edo *V* ‖ 16 Asseruanda *G* ‖ nigerimis *O**

Nec se subleuat ex sua parte, sed uelut alnus
In fossa liguri iacet supp*er*nata securi,
Tantundem omnia sentiens quam si nulla sit usquam,
Talis iste meus stupor ni*l* uidet, nihil audit,
Ipse qui sit, utrum sit an non sit, id quoque nescit.
Nunc *e*um uolo de tuo ponte mittere pronum,
Si pote stolidum repente excitare ueternum
Et supinum animum in graui derelinquere caeno,
Ferream ut soleam tenaci in uoragine mula.

21

Aureli, pater esuritionum,
Non harum modo, sed quot aut fuerunt
Aut sunt aut aliis erunt in annis,
*P*edicare cupis meos amores.
Nec clam: nam simul es, iocaris una,
Haerens ad latus omnia experi*r*is.
Frustra: nam insidias mihi instruentem
Tangam te prior irru*m*atione.
Atque i*d* si faceres satur, tacerem:
Nunc ipsum id doleo, quod esurire
†Me me puer et sitire discet.

---

18 Nec me *V* ‖ aluus *O* ‖ 19 superata *V*. *Festus 305 M.* (*Sup*) pernati dicu(*ntur quibus femi*)na sunt succisa (*in modum suilla*)rum pernaru(*m*) ..... Catu(*llus ad Coloniam* '*In*) fossa ligari ia(*cet suppernata se*)curi. *cf. Paulus Festi 304 M.* ‖ 21 merus stupor *Passeratius* ‖ nichil uidet nichil *V* ‖ 22 qui *V: corr in* quid *g* ‖ 23 Nunc cum uolo *G* Nunc uolo uolo *O** Hunc meum *Froehlichius* ‖ 24 Si potest olidum *V* ‖ exitare *V* ‖ 25 derelinquere *O**: delinquere *G* ‖ mulla *G*

21 *Contra librorum auctoritatem editores olim post c. 17 inseruerunt carmen quod in fragmentis catullianis primo loco posui* Hunc lucum tibi dedico *etc.* (= *c. 18*), *deinde priapea duo in codicibus carminum minorum quae dicuntur uergilianorum tradita* (*cf. Ribbeckii appendicem uergil. p. 147. Baehrensii P. L. M. 2, p. 159*) Hunc ego iuuenes locum *etc.* (= *c. 19*) *et* Ego haec, ego arte fabricata rustica *etc.* (= *c. 20*). *quibus insertis numeri carminum Catulli turbati sunt.* — *c. 21 a c. 17 interstitio separatum est V: inseruit* Ad Aurelium *g* ‖ 1 [O qui pessimus es mali sodalis] Aureli *Westphalius* ‖ exuricionum *V* essuritionum *Bergkius* ‖ 3 Aut posthac aliis *Handius* ‖ 4 Dedicare *V* ‖ 5 nam *om G**, *add g* ‖ exiocaris *V* ‖ 6 Haeres *Vossius* ‖ experibis *O* experibus (*sscr* al' bis *g*) *G* ‖ 7 struentem *Ribbeckius* ‖ 8 irruminatione *V* ‖ 9 id si] ipsi *V* Atqui (Atquei) si *ω* ‖ 10 exurire *G* esuriere *O** essurire *Bergkius* ‖ 11 Meus mi (*potius* Meus mei) *Meleager* Mi meus *Rossbachius* Vae meus *Faernus* Ah me me *Scaliger* Ieiunus *Huschkius* Mellitus *Handius* A temet *Froehlichius* A te mei *Munro* Meusmet *Corr' de Allio.*

Quare desin*e*, dum licet pudico,
N*e* finem facias, sed irru*m*atu*s*.

22 Suffenus iste, Vare, quem probe nosti,
Homo est uenustus et dicax et urbanus,
Idemque longe plurimos facit uersus.
Puto esse ego illi milia aut decem aut plura
Perscripta, nec sic ut fit in pal*impsesto*n
Relata: cartae regiae, noue*i* libri,
Noui umbilici, lora rubra, membranae,
Derecta plumbo et pumice omnia aequata.
Haec cum legas tu, bellus ille et urbanus
Suffenus unus caprimulgus aut fossor
Rursus uidetur: tantum abhorret ac mutat.
Hoc quid putemus esse? qui modo scurra
Aut siquid hac re tr*i*tius uidebatur,
Idem infaceto est infacet*ior* rure,
Simul poemata attigit, neque idem umquam
Aeque est beatus ac poema cum scribit:
Tam gaudet in se tamqu*e* se ipse miratur.
Nimirum idem omnes fallimur, neque est quisquam
Quem non in aliqua re uidere Suffenum
Possis. suus cuique attributus est error:
Sed non uidemus manticae quod in tergo est.

---

12 desinat *V* ‖ 13 Nec *V* Nei *Baehrensius* ‖ ⁻facias ⁻finem *O** ‖ irruminatus sum *V*

22 *Interstitium nullum V*: Ad Varum *add in marg. g* ‖ 3 Idemque *V sscr* al' itemque *g* ‖ 4 [ego esse *BCDHL*] ‖ illi (*littera ultima in ras., fortasse fuerat* a) *G* ‖ millia *G* ‖ ad decem *Baehrensius* ‖ 5 sit ut *V* ‖ palimpseston *Marcilius:* palmisepto *V* palimpsestos *Baehrensius* palimpsestum *Heinsius* in palimpsesto celata *Birtius* ‖ 6 nouei *Lachmannus*: noue *V* noui *ω* nouae *Birtius* ‖ 7 membrana *Auantius, uulgo. alii u.* rubra, *alii uu.* Derecta plumbo *cum u.* membrana *interpungendo coniungunt* ‖ 8 Derecta *Statius:* Detecta *V* ‖ 9 tu] tum *ω* ‖ 11 abhoret *O** aberrat *Ellisius* ‖ 13 hac (ac *O*) re tristius *V* tersius (tertius) *Munro* scitius *Luc. Mueller* hoc retritius *Scaliger* hoc uenustius *Traubius* ‖ 14 infaceto rure *V* ‖ 15 attigit ul' neqꝫ n^c idem *O** ‖ unquam *G* ‖ 16 ac] ha *V* [*CLaur. 33, 12*] [ah *ABDHLΔ*] ‖ tamq̃ꝫ (= tamquam) *V* ‖ 18 nec *O** ‖ 20 siuis *O** ‖ 21 maritice *O** ‖ 18—20 *Ieremias iudex de Montagnone Paduanus in compendii moralium notabilium part. I libr. 3* Catulus c. 5 'omnes fallimur — est error' ‖ 19—21 *codex capituli ueronensis 168 Veronae a. 1329 scriptus flores moralium auctoritatum continet, quorum in l. II c. 3* (*De errore*) *haec*: Catullus ad Varum: 'Quem non — in tergo est' (*in u. 19* uidere *omissum*). *cf. Detlefsenus, ann. philol.*

23 Furei, cui neque seruos est neque arca
Nec cimex neque araneus neque ignis,
Verum est et pater et nouerca, quorum
Dentes uel silicem comesse possunt,
Est pulcre tibi cum tuo parente
Et cum coniuge lignea parentis.
Nec mirum: bene nam ualetis omnes,
Pulcre concoquitis, nihil timetis,
Non incendia, non graues ruinas,
Non *fur*ta impia, non dolos ueneni,
Non casus alios periculorum.
*A*tqui corpora sicciora cornu
Aut siquid *m*agis aridum est habetis
Sole et frigore et esuritione.
Quare non tibi sit bene ac beate?
A te sudor abest, abest saliua
Muccus*q*ue et mala pituita nasi.
Hanc ad munditiem adde mundiorem,
Quod culus tibi purior salillo est,
Nec toto decies cacas in anno,
Atque id durius est faba et lapillis:
Quod tu si manibus teras fricesque,
Non umquam digitum inquinare posses.
Haec t*u* commoda tam beata, Furi,
Noli spernere nec putare parui,

87, 552. Guil. Meyer, d. Sammlungen der Spruchverse des Publilius, Lps. 1877, p. 63 ‖ 21 *Porphyrio ad Hor. serm. 2, 3, 299* in priorem (*manticam*) aliena uitia mittimus, ideo et uidemus facile: in posteriorem nostra, quae abscondimus et uidere nolumus. hoc Catullus meminit: '* * uidemus manticae quod in tergo est'.

23 *Interstitium nullum V:* Ad Furium *in marg. add g* ‖ 1 seruos *Statius:* seruo *V* [*BCHA*] al' seruus *sscr g* ‖ archa *V* ‖ 2 cimex aīal neque (*illud* animal *tenuissimis lineis deletum est*) *G** cimex al' neque *O** ‖ neqꝫ ignis (qꝫ *in ras. g, quid prius fuerit incertum*) *G* ‖ 7 Nec mirum (*quis* i *superscripserit et* ec *suppunxerit non liquet: nec G*[1] *nec g fecisse uidetur*) *G*:* Ne mirum *O* Nil mirum *Heinsius* ‖ 9 ruinas *G:* minas *O* [minas, *in marg.* al' ruinas, *L*] ‖ 10 furta *Hauptius:* facta *O* facta (*suppunxit idem qui in u. 7 puncta duo infra posuit*) *G* [fata *D*] ‖ 12 Aut qui *V* Vt qui *Statius* ‖ 13 aridum magis *V* ‖ 14 [exuritione *D*] essuritione *Bergkius* ‖ 15 sit *O:* si *G* ‖ 16 sudor abest (t *in ras. add g, fuerat fortasse* abesse) *G* ‖ abest *semel O** ‖ saluia *O** ‖ 17 Mucc(ct *O**)usue *V* ‖ pictuita (*suppunxit G*[1]) *G** ‖ 18 mundiciem *V* ‖ 19 cuius *V**, i *in* l *corr g, idem g sscr* al' anus *aut, quod uix discerni potest*, al' cuius, *sed illud probabilius mihi uidebatur* [cuius *et in marg* ł culus *C*] ‖ lupillis *Guilielmus* ‖ 22 friesque *Baehrensius* ‖ 23 unquam *V* ‖ possis *ω uulgo* posseis *Baehrensius* ‖ 24 tua *V* ‖ comoda *O*

Et sestertia quae soles precari
Centum desine: nam sat es beatus.

24 O qui flosculus es Iuuentiorum,
Non horum modo, sed quot aut fuerunt
Aut posthac aliis erunt in annis,
Mallem diuitias Midae dedisses
Isti quoi neque seruus est neque arca,
Quam sic te sineres ab illo amari.
'Qui? non est homo bellus?' inquies. est:
Sed bello huic neque seruus est neque arca.
Hoc tu quamlubet abice eleuaque:
Nec seruum tamen ille habet neque arcam.

25 Cinaede Thalle, mollior cuniculi capillo
Vel anseris medullula uel imula oricilla
Vel pene languido senis situque araneoso,
Idemque Thalle turbida rapacior procella,
Cum † diua mulier aries ostendit oscitantes,
Remitte pallium mihi meum, quod inuolasti,
Sudariumque saetabum catagraphosque thynos,

---

26 sesterciaqꝫ *O* sextercia que *G* ‖ 27 satis beatus *V* iam satis beatus *Heysius* satis beatu's *Bergkius*

24 *Interstitium nullum V* ‖ 1 est *V* ‖ iuuenciorum *O* ‖ 2 quod *V* ‖ 4 Midae dedisses *Vossius:* mi dededisses *O** mi dedisses *G* ‖ 5 qui (al' cui *sscr g*) neque (al' nec *sscr g*) *G* [qui neque *Δ*] qui nec *O* [*ACHL*] ‖ archa *G* ‖ 7 Quid *O** ‖ 8 archa *V* ‖ 9 Hec *G** [Nec *D*] ‖ qua lubet *G** ‖ 10 archam *V*

25 *Interstitium nullum V.* Ad Tallum *g in marg.* ‖ 1 Talle *V* ‖ 2 medullula *O*:* medulla *G* [medulla *L pr., corr m. sec.*] ‖ imulla *O*[*L*] ‖ oricilla *Scaliger:* moricilla *G* moricula *O. fortasse ad hunc versum alludit Cic. ad Q. fr. 2, 13, 4* me ... et esse et fore auricula infuma scito molliorem ‖ 3 arācoroso *G* (al' araneoso *in marg. add g*) āracoroso *O** [arācoroso (aranaroso *P*) al' araneoso *BP*] ‖ 4 talle *G* tale *O* ‖ 5 ml'r'aries *O* mulier alios (*in* o *littera aliquid erasum et correctum: fueratne* alies?) *G in textu, sed iam prima manus uocabulo* alios *superscripsit uocabulum* aries, *quod in* aues *mutauit g, simul ante hoc* aues *notam* al' *et post u.* aues *uerba* ul' aries *add g* [mulier aues *ABCDHL* (*hic in marg.* al' arios *a m. pr.*) *Δ*] ‖ ostendet *V* [*D*] *inde fecit* ostendit *g* (*an* G^1?) [ostendit *ceteri boni*] ‖ os∗citantes (s *littera erasa, in* c *corr aliquid g*) *G** ossistantes *O*. uersus nondum sanatus, a non nullis pro spurio habitus.* mulierarios *Hauptius* luna mulierarios *Heysius* munerarios *Lachmannus* balnearios *Riesius* ‖ 7 Sudarium q̄ *G** ‖ saethabum *G** sathabum *O* ‖ cathagraphosqꝫ thinos *V* chirographosque *Scaliger*

Inepte, quae palam soles habere tamquam auita.
Quae nunc tuis ab unguibus reglutina et remitte,
Ne laneum latusculum manusque mollicellas
In*ust*a turpiter tibi flagella conscribil*l*ent,
Et insolenter aestues uelut *minut*a magno
Deprensa nauis in mari uesaniente uento.

26 Furi, uillula uostra non ad austri
Flatus opposita est neque ad fauon*i*
Nec saeui boreae aut apheliotae,
Verum ad milia quindecim et ducentos.
O uentum horribilem atque pestilentem!

27 Minister uetuli puer falerni,
Inge*r* mi calices amariores,
Vt lex Postumiae iubet magistrae
Ebrios*o* acino ebriosioris.
At uos qu*o* *l*ubet hinc abite, lymphae,
Vini pernicies, et ad seueros
Migrate: hic merus est Thyonianus.

---

8 Inepteqꝫ *V corr g* ‖ 9 remite *O** ‖ 10 natisque *Scaliger* ‖ mollicelas *O** ‖ 11 Insula *V* ‖ conscribilent *V* conscribilent flagella *Turnebus* ‖ 12 uelut inimica *V* ‖ 13 Deprensa *O**: Deprehensa *G*

26 *Interstitium nullum V.* Ad Furium *in marg. g* ‖ 1 urā (= uestra) *O**: nostra *G* ‖ 2 *om O** ‖ fauonij *G* ‖ 3 apheliote *V:* apeliotae *ω* ‖ 4 millia *G** ‖ 5 horribilem (*suppunxit G*[1], *ut uidetur*) *G*

27 *Interstitium nullum V.* Ad pincernam suum *in marg. add g* ‖ 1—4 *citauit Gellius noct. att. 6, 20, 6. cf. infra ad u. 4* ‖ 1 falerui *O** ‖ 2 Inger *libri boni gelliani:* Ingere *V. respexit h. u. glossa Philoxeni* inger *εἴσχρασον apud Labbaeum p. 93*[b] ‖ 3 posthumie *G* ‖ 4 Ebrioso acino] *hanc lectionem Gellius in Catulli corruptis, ut putauit, exemplaribus inuenit:* Ebriose acino *V* Ebriose acine *sic fere libri gelliani in Catulli uersu. in aliis Catulli exemplaribus Gellius legit* Ebria acina, *quod Catullum ipsum scripsisse censuit, et* Ebriosa acina *olim uulgo adprobatum. Gellius enim l. c. de hiatu uocalium disputans haec scripsit ab Hauptio (opusc. 2, 123) emendata:* Catullus quoque elegantissimus poetarum in hisce uersibus 'Minister uetuli puer falerni — Ebria acina (Ebriose acine *libri gelliani*) ebriosioris', cum dicere 'ebrio' (ebriosi *libri*) posset et, quod erat usitatius, 'acinum' in neutro genere appellare, amans tamen hiatus illius homerici suauitatem 'ebriam' (ebriosam *libri*) dixit propter insequentis 'a' litterae concentum. qui 'ebriosa' (ebrios *libri*) autem Catullum dixisse putant aut 'ebrioso' (ebriosos *libri*) — nam id quoque temere scriptum inuenitur —, in libros scilicet de corruptis exemplaribus factos inciderunt ‖ 5 Ad *O** ‖ quod iubet *V* ‖ limphe *V* 7 thionianus *V*

28 Pisonis comites, cohors inanis
Aptis sarcinulis et expeditis,
Verani optime tuque mi Fabulle,
Quid rerum geritis? satisne cum isto
Vappa frigoraque et famem tulistis?
Ecquidnam in tabulis patet lucelli
Expensum, ut mihi, qui meum secutus
Praetorem refero datum lucello?
(O Memmi, bene me ac diu supinum
Tota ista trabe lentus irrumasti!)
Sed, quantum uideo, pari fuistis
Casu: nam nihilo minore uerpa
Farti estis. pete nobiles amicos.
At *u*obis mala multa dii deaeque
Dent, obprobria Romulei Remique.

29 Quis hoc potest uidere, quis potest pati,
Nisi impudicus et uorax et aleo,
*M*a*m*urram habere quod comata Gallia
Habebat *an*te et ultima Britannia?
Cinaede Romule, haec uidebis et feres?
Et ille nunc superbus et superfluens
Perambula*b*it omnium cubilia
Vt albulus columbus *h*aut idoneus?

---

28 *Interstitium nullum V.* Ad Verranium et Fabullum *in marg. add g* ‖ 2 *an* Artis? ‖ 3 Verā *O** ‖ 4 satisue *O** ‖ 6 Et quidnam *V* ‖ patet] pꝫ *O** ‖ reffero *O** ‖ in lucello *Heinsius* refero datum lucello 'O Memmi, — irrumasti' *Scaliger* ‖ 9 O mē mi *O* O mnē mi *G* ‖ suppinum *O** ‖ 10 trahe *V* ‖ tentus *Vossius* ‖ yrriunasti (*potius quam* yrrumasti) *O** ‖ 11 pari *O:* parum (*sscr* al' pari *G*¹) *G* [parum al' pari *B*] ‖ fuisti *V* ‖ 12 urpa *O** uerba *G* ‖ 14 nobis *O* uobis (*sed* u *corr e* n *g*) *G*, *sscr* al' nobis *g* ‖ 15 oprobria romule *O**

29 *Interstitium nullum V.* In Romulum cathamitum *in marg. add g. hoc carmen Suetonius Iul. 73 hisce significauit uerbis:* Catullum a quo (*Caesar*) sibi uersiculis 'de Mamurra' perpetua stigmata imposita non dissimulauerat, . . . ‖ 1. 2 *apud Quintilianum 9, 4, 141* aspera uero et maledica, ut dixi, etiam in carmine iambis grassantur 'Quis hoc potest — uorax et aleo' ‖ 3 *Plinii hist. nat. 36, 48* Mamurra Catulli ueroniensis carminibus proscissus, quem, ut res est, domus ipsius clarius quam Catullus dixit habere quidquid habuisset comata Gallia ‖ Nam murrā *V* ‖ comota *O** ‖ 4 ante *Statius:* cum te *V* uncti *Faernus* unctum *Scaliger. an* umquam? (*cf. Licin. Calu. in Suet. Iul. 49*) ‖ brittania *O** ‖ 5 hoc *Heinsius* ‖ *post* 5 *in aldina a. 1502 u. 10 iterum scriptus est* ‖ 7 Perambulauit *V* ‖ 8 haut idoneus *Silligius:* aut ydoneus *V:* aut Adoneus *Statius*

Cinaede Romule, haec uidebis et feres?
Es impudicus et uorax et aleo.
Eone nomine, imperator unice,
Fuisti in ultima occidentis insula,
Vt ista *u*ostra diffutu*t*a mentula
Ducenties comesset aut trecenties?
Quid est alit sinistra liberalitas?
Parum expatrauit an parum elluatus est?
Paterna prim*a* lancinata sunt bona:
Secunda praeda pontica: inde tertia
Hibera, quam scit amni*s* aurifer Tagus.
*N*unc Galliae timet*ur* et Britanniae.
Quid hunc malum fouetis? aut quid h*i*c potest
Nisi uncta deuorare patrimonia?
Eone nomine urbis † opulentissime
Socer generque perdidistis omnia?

30 Al*f*ene immemor atque unanimis *f*alse sodalibus,
Iam te n*il* miseret, dure, tui dulcis amiculi?

Iam me prodere, iam no*n* dubitas fallere, perfide:
N*um* facta impia fallacum hominum caelicolis placent?

---

10 Es — uo *in rasura O**. *u. 10 carminis ultimum fuisse censet Iahnius ceteros nouo carmini attribuens* ‖ 13 nostra diffutura *V* defututa *Lachmannus* ‖ 14 Ducencies *O* ‖ comerset *O** comeset *G** ‖ trecencies *O* ‖ 15 alid *Auantius, uulgo* Quid istum alit *Pohlius* ‖ 16 Partum *O** ‖ expatrauit *ἐπετέλεσεν glossa Labbaei p. 69*[d] ‖ 17 prima *Auantius:* primū *V* ‖ 18 tercia *V* ‖ 19 Hybera (*in* Hy *quaedam erasa, pro* y *ante fuit* i) *G* Libera *O** ‖ scit *O*:* sit *G* ‖ amni *V* ‖ thagus *G* ‖ 20 Hunc gallie timet *V*, *quod correxi, item Froehlichius et Westphalius.* Nunc Galliae timent, timent Britanniae (timet Britannia *alii*) *Puccius* Nunc Galliae tenentur et Britanniae *Ribbeckius* Nunc Galliae minatur et Britanniae *Peiper* Nunc Gallia est et ultima Britannia *Schoellius* Eine Galliae optima et Britanniae *Baehrensius* quem scit a. a. Tagus Et uncta Gallia ultima et Britannia *Bergkius* Et hunce (Eunce *Heysius*) Galliae et timent Britanniae *Spengelius* Et huicne Gallia et metet Britannia *Munro* ‖ 21 hunc (malum) fouetis *ω* ‖ hic] hīc *V* ‖ 21—24 *post 10 collocauit Mommsenus, 23—24 eodem transponendos esse ego conieci* ‖ 23 orbis *Hauptius* ‖ oppulentissime *O* o piissimei *Hauptius* o piissime *Lachmannus* urbis o potissimei *Luc.Mueller. an* orbis o probissimei? ‖ 24 *Verg. catal. 5, 6* ut ille uersus usque quaque pertinet 'Gener socerque perdidistis omnia'

30 *Interstitium nullum V.* Ad Alphenum *g in marg. Carmen in V κατὰ στίχους scriptum Lachmannus in strophas uersuum binorum discripsit* ‖ 1 Alphene *V* ‖ īmemor *V* ‖ salse *V* ‖ 2 nichil *G* nl' *O* ‖ 3 iam non me dubitas *V* ‖ 4 Num *scripsi:* Nec *V.* Nunc *Baehrensius. Duos uu. ante 4 excidisse coniecit Ellisius. 4 et 5 post 12 transposuit Lachmannus*

Quae tu negligis, ac me miserum deseris in malis:
*E*heu quid faciant, dic, homines, cuiue habeant fidem?

Certe tute iubebas animam tradere, inique, *me*
Inducens in amorem, quasi *t*uta omnia mi forent.

Idem nunc retrahis te ac tua dicta omnia fáctaque
Vento*s* irrita ferre ac nebulas aerias sinis.

Si tu oblitus es, *a*t dii meminerunt, meminit Fides,
Quae te ut paeniteat postmodo facti faciet tui.

31 **P**aene insularum, Sirmio, insularumque
Ocelle, quascumque in liquentibus stagnis
Marique uasto fert uterque Neptunus,
Quam te libente*r* quamque laetus inuiso,
Vix m*i* ipse credens Th*un*iam atque bith*un*os
Liquisse campos et uidere te in tuto!
O quid solutis est beatius curis,
Cum mens onus reponit, ac peregrino
Labore fessi uenimus larem ad nostrum
Desideratoque acquiescimus lecto.
Hoc est quod unum est pro laboribus tantis.
Salue, o uenusta Sirmio, atque hero gaude:
Gaudete uos*que*, *o* lydiae lacus undae:
Ridete, quicquid est domi cachinnorum.

32 **A**mabo, mea dulcis Ipsitil*l*a,
Meae deliciae, mei lepores,

---

5 Quom tu — malis, eheu *Munro* Quos *ω* Quod *Luc. Mueller* ‖ 6 O heu *V* ‖ dico *V* ‖ cui ne *O** ‖ 7 me *om V. an* iniquius? ‖ 8 omnia tuta *G* tuta *om O** ‖ 9 Idem *O:* Inde *G* [Inde (*sscr* al' idem) *B*] ‖ 10 Vento *V* ‖ finis *O** ‖ 11 ut *V* ‖ meminere, at *ω*

31 *Interstitium nullum V.* Ad Sirmium Insulam *g in marg. Paragraphus caerulea ante u. 1 in O* ‖ 1 sirmio *g:* sirinio *V* ‖ 2 quascunqüe *G* ‖ 4 libente *V* ‖ 5 michi *G* m (i sscr) *O* ‖ crederis (*sscr* al' credens *g*) *G* ‖ thimiam atque bithinios (bithin*os, i *littera a g erasa, G*) *V*, *quod correxi.* Thyniam atque bithynos *ω* ‖ 6 te] *an* me? ‖ 8 meus *O** ‖ 10 acquiesimus *O** ‖ 13 Gaude *O** ‖ uosque o *ω*: uos quoque *V* ‖ lydie *G* lidie *O* Lydii *Scaliger* Libuae *Lachmannus* lucidae *Guarinus* limpidae *Auantius* uos quoque, incitae *Heysius* uos quoque hoc die *Rossbergius* ‖ 14 Ridere *O** ‖ cachinorum *O*

32 *Interstitium nullum V.* Ad Ipsicillam *g in marg.* [Ad Ipsicillam *DΔ* Ad Ipsicilam *Laur. 33, 12* Ad Ipsitillam *C* Ad Ipsitilam *AL*] ‖ 1 mea* (*fuerat* mead) *G** meas *O** ‖ Ipsitilla *ω:* ipsi thila *G* [*BΔ Laur.*

Iube ad te ueniam meridiatum.
Et si iusseris illud, adiuuato
Nequis liminis obseret tabellam,
Neu tibi lubeat foras abire,
Sed domi maneas paresque nobis
Nouem continuas fututiones.
Verum, siquid ages, statim iubeto:
Nam pransus iaceo et satur supinus
Pertundo tunicamque palliumque.

33

O furum optime balneariorum
Vibenni pater, et cinaede fili,
(Nam dextra pater inquinatiore,
Culo filius est uoraciore)
Cur non exilium malasque in *o*ras
Itis? quandoquidem patris rapinae
Notae sunt populo, et natis pilosas,
Fili, non pote*s* asse uend*it*are.

34

Dianae sumus in fide
Puellae et pueri integri:
Dianam pueri integri
Puellaeque canamus.

O Latonia, maximi
Magna progenies Iouis,
Quam mater prope deliam
Depos*iu*it oliuam,

Montium domina ut fores
Siluarumque uirentium

33, 12, ipsithila *C* ipsythila *D* ipsitila *AL*] ipsi illa *O** Ipsicilla *ω* Ipsimilla *Baehrensius* Hypsithilla *Scaliger* ‖ 4 adiubeto *Turnebus* ‖ 5 luminis *O** ‖ 6 lube foras habire *O** ‖ 8 futuciones *V*

33 *Interstitium nullum V* ‖ 3. 4 pater est uoraciore Culo filius inquinatiore *Carrio* ‖ 4 uoratiore *V* al' volantiore *add in marg. g* [uoratiore. al' uolantiore *B* uolantiore al' uoratiore *L* uolantiore *ACHP*] ‖ 5 horas *V* ‖ 8 potest ase uendicare *V*

34 *Interstitium nullum V.* Carmen Diane *g in marg.* ‖ 3 *add Itali: om V* ‖ 5 O latōnia *O** ‖ 8 Deposuit *V* ‖ 10 uirencium (*corr g*) *V*

Saltuumque reconditorum
   Amniumque sonan*t*um.

Tu Lucina dolentibus
Iuno dicta puerperis,
Tu potens Triuia et notho es
   Dicta lumine Luna.

Tu cursu, dea, menstru*o*
Metiens iter annuum
Rustica agricolae bonis
   Tecta frugibus exples.

Sis qu*o*cunque tibi placet
Sancta nomine, Romulique,
Antique ut solita es, bona
   Sospites ope gentem.

35 Poetae tenero, meo sodali
Velim Caecilio, papyre, dicas,
Veronam ueniat Noui relinquens
Comi moenia lariumque litus:
Nam quasdam uolo cogitationes
Amici accipiat sui meique.
Quare, si sapiet, uiam uorabit,
Quamuis candida millies puella
Euntem reuocet manusque collo
Ambas iniciens roget morari,
Quae nunc, si mihi uera nuntiantur,
Illum deperit impotent*e* amor*e*:
Nam quo tempore *l*egit in*co**h*atam

11 Saltumque recunditorum *O** ‖ 12 Omniumque *O** [Omniumque *L*, *sed* que *add m. sec.*] Omnium *G* ‖ sonanti(ci *O*)um *V* ‖ 15 al' et noto es *add g in marg.* ‖ 17 menstrua *V* ‖ 18 Mentiens iter animum *O* ‖ 21 Sis cūqꝫ tibi placet *O* Scis quecūqꝫ tibi placēt *G* al' Sis quocūqꝫ tibi placet *g in marg.* ‖ 23 Antiqui *ω* Antiquei *Klotzius* Antiquam *ω* Ancique *Merula*

35 *Interstitium nullum V.* Ad Cecilium Iubet libello loqui *g in marg.* [Ad celum iubet libello loqui *D* Ad Cecilium iubet libellum loqui *BHA* Ad libellum suum de cicilio (cec. *C*) *ACL*] ‖ 2 occilio *O** ‖ papire *V* ‖ 4 menia∗ (*fuerat* meniaꝫ) *G** ueniam *O** ‖ 5 quosdam *G** *corr g* ‖ uolo] *litterae ultimae sscr uirgulam g* ‖ 10 inities *O** ‖ 11 nunciantur *V* ‖ 12 impotentem amorem (amore∗ *G*, *fuerat* amorem) *V*. *Charisius 133, 25 K.* 'Inpotente' Catullus 'deperi[t inpo]tente amore' quod ita quoque dictum notat Plinius ‖ 13 elegit *G* eligit *O** ‖ indotatam *V*

Dindymi dominam, ex eo misellae
Ignes interiorem edunt medullam.
Ignosco tibi, sapphica puella
Musa doctior: est enim uenuste
Magna Caecili*o* incohata mater.

36 Ann*a*les Volusi, cacata carta,
Votum soluite pro mea puella.
Nam sanctae Veneri Cupidinique
Vouit, si sibi restitutus essem
De*s*issemque truces uibrare iambos,
Electissima pessimi poetae
Scripta tardipedi deo daturam
Infelicibus ustilanda lignis.
Et hoc pessima se puella uidit
Iocose lepide uouere *d*iuis.
Nunc, o caeruleo creata ponto,
Quae sanctum Idalium Vriosque apertos
Quaeque Ancona *C*nidumque harundinosam
Colis *quae*que Amathunta quaeque *Golg*os
Quaeque Dur*r*achium Hadriae tabernam,
Acceptum face redditumque uotum,
Si non illepidum neque inuenustum est.
At uos interea uenite in ignem,
Pleni *r*uris et inficetiarum
Ann*a*les Volusi, cacata carta.

---

14 Dindimi *V* ‖ 16 saphica *O* saphyca *G** ‖ 17 docior *O** ‖ 18 cecilia *V* ‖ incohata *O*[*D*]: inchoata *G*

36 *Interstitium nullum V.* Ad lusi cacatam *in marg. g* [*idem fere titulus in ABCHLΔ*]. *hoc carmen respexit Seneca epistul. 15, 1* (*93*), *11* (Metronax) non tam multis uixit annis quam potuit. et paucorum uersuum liber est et quidem laudandus atque utilis. annales Tanusii scis quam ponderosi sint et quid uocentur. hoc est uita quorundam longa et quod Tanusii sequitur annales ‖ 1 Anuale (Annuale *G*) suo lusi *V* ‖ 5 Dedissemque *V* ‖ uibrare (*in* r *posteriore est rasura, antea fuisse uidetur* t) *G* ‖ 6 Se electissima *Maehlius* Se lectissima *Peiper* ‖ 8 ustulanda *ω* ‖ 9 haec *ω* ‖ pessima me puella uidit Ioco se lepido *Bursianus* Ioco se lepido *iam Scaliger* ‖ 10 se diuis *V* ‖ 11 o *om O** ‖ punto *G** poncto *O** ‖ 12 adalium *V sscr* al' ydalium *g* [id alium *BDΔ*] ‖ utriosque *G*[*D*] *sscr* al' vriosque *g* ‖ Vriosque portus *Heinsius* Surosque apertos *Vossius* ‖ 13 gnidumque *V* ‖ arundinosam *O* ‖ 14 Colisqꝫ amathunta (amathuntā *O**) queqꝫ (q̄ꝫ *O*) alcos *V* ‖ 15 durachium *V* ‖ 18 intereo *O** ‖ 19 turis et inficeciarum *V* ‖ 20 Anuale (Annuale *G*) suo lusi (lusic *O prius, postea inde* lusi*: uoluerat prius* lusicacata *in unum uocabulum coniungere*) *V*

37 Salax taberna uosque contubernales,
A pilleatis nona fratribus pila,
Solis putatis esse mentulas uobis,
Solis licere quicquid est puellarum
Confut*u*ere et putare ceteros hircos?
An, continenter quod sedetis insulsi
Centum an ducenti, non putatis ausurum
Me una ducentos irrumare sessores?
Atqui putate: namque totius uobis
Frontem tabernae sopionibus scribam.
Puella nam me*i*, quae meo sinu fugit,
Amata tantum quantum amabitur nulla,
Pro qua mihi sunt magna bella pugnata,
Consedit istic. hanc boni beatique
Omnes amatis, et quidem, quod indignum est,
Omnes pusilli et semitarii moechi:
Tu praeter omnes une de capillatis,
Cuniculosae Celtiberiae fili
Egnati, opaca quem bonum facit barba
Et dens hibera defricatus urina.

38 Male*st*, Cornifici, tuo Catullo,
Male*st* me hercule et *est* laboriose,

---

37 *Interstitium nullum V.* Ad contubernales *in marg. g* ‖ 1 *Atilius Fortunatianus p. 293, 2* scazon ... quem et choliambon et hipponaction uocant, ut 'Salax — contubernales' ‖ uoxque *O** ‖ 2 pil*eatis (l *altera erasa*) *G* ‖ non afratribus *V* ‖ 3 mentualas *O** ‖ 5 Confutere *V* ‖ hyrcos *V* hinnos *Bonnetus* ‖ 9 At qui *V* ‖ iamque *Handius* ‖ tocius *V*, *inde* totius *g* ‖ 10 scipionibus *uel* scorpionibus *ω* scriptionibus *Marcilius* scopionibus *Heinsius* ropionibus *Peiper* pusionibus *Munro* ‖ 11 nam mi *Heinsius:* nam me *V* namque *Auantius* ‖ 13 q̃ *O** ‖ 14 Comsedit *O** ‖ 16 pussilli *O** ‖ semitarii (*in* rii *est rasura et correctura*) *G* semitani *O** ‖ moechi *O:* mechi *G* ‖ *inter u. 16 et 17 interstitium nullum in V, sed ad. u. 17 in marg. adscripsit g* Ad Egnatium [*interstitium cum eodem titulo in ABCDHLΔ*] ‖ 17 une] *sscr* al' vno *g* ‖ 18 Celbiberie *O* Celtiberi *G* ‖ 17. 18 *Priscianus 5, 77 p. 188, 21 H.* 'unus' quia de uocatiuo quidam dubitant, Caper .... ostendit hoc usum Catullum et Plautum. Catullus 'Tu praeter omnes une de capillatis Celtiberosae Celtiberiae fili'. *idem 7, 22 p. 305, 8 H.* 'o filie' et 'o fili'. Liuius Andronicus ..... filie'. Catullus autem 'Tu praeter — fili'. *priore Prisciani loco omnes, posteriore praeter cod. colon. 202, olim darmstad.*[c] *s. XI, in quo* cuniculosae *legitur, itidem omnes Prisciani libri* celtiberosae *habent. illud* cuniculosae (*quod in colon. 202 neque in rasura et a prima manu in Prisc. 7, 22 scriptum esse Guil. Schmitzius Coloniensis mihi testatus est*) *a scriba codicis ex Catulli codice quodam desumptum est* ‖ 19 opacha *O** ‖ 20 E *O**

38 *Interstitium nullum V* ‖ 1 Male est si carnifici *V* ‖ 2 Male

Et magis magis in dies et horas.
Quem tu, quod minimum facillimumque est,
Qua solatus est allocutione?
Irascor tibi. sic meos amores?
Paulum quid lubet allocutionis,
Maestius lacrimis simonideis.

39 Egnatius, quod candidos habet dentes,
Renidet usque quaque. sei ad rei uentum est
Subsellium, cum *o*rator excitat fletum,
Renidet ille. si ad pii r*o*gum fil*i*
Lugetur, orba cum flet unicum mater,
Renidet ille. quicquid est, ubicumque est,
Quodcumque agit, renidet. hunc habet morbum
Neque elegantem, ut arbitror, neque urbanum.
Quare monendum est *te* mihi, bone Egnati.
Si urbanus esses aut Sabinus aut Tiburs
Aut *f*ar*t*us Vmber aut obesus Etruscus
Aut La*nu*uinus ater atque dentatus
Aut Transpadanus, *ut* meos quoque attingam,
Aut qui lubet qui puriter lauit dentes,
Tamen renidere usque quaque te nollem:
Nam risu inepto res ineptior nulla est.

---

sime *V* || est *add Silligius: om V* || 3 Ei *Birtius* || 4 facilimumque *O* || 5 alocucione *O** || 7 iuuet *Heinsius* || alocucionis *O** || *in carmine extremo nonnulla periisse Parthenius aliique putarunt*

39 *Interstitium nullum V* || 1 candides *O** || 2 sei *O* [*Laur. 33, 12*]: seu *G* [*et ceteri*] || 3 Subsellum *G* Subscellum *O** || excitat orator *V* || 4 pii regum filii al' impii *G* (*omnia pr. man.*) impii regum filii *O* || 5 Ingetur orbicum *O** || 6 ubicunque *G* || 9 te *add Maehlius post* est, *Spengelius idem addiderat ante* est*: om V*. monendus es *ω* monendum est sic *Peiper* || 11 fartus *Venator:* parcus *V* pastus *Vossius* bassus *Loewius*. *in glossis uaticanis* (*in Mai classic. auctor. 7, 574*) *haec:* Pinguis grassus. nam obesus plus est quam pinguis. Catullus ait 'Aut pinguis Vmber (*cod.* ubera) aut obesus Etruscus (*cod.* et prossus). *cf. Turnebi adu. 14, 8:* P. Daniel sese in antiquissimo reperisse lexico ('cui parile ego uidi in monasterio uindocinensi' *Scaliger ad Varron. p. 21 ed. bip.*) ait locum ita prolatum 'Aut pinguis Vmber' || etruscus (e *in rasura, fuerat fortasse* 7 truscus) *G* 7 truscus *O* || 12 lamiuinus *V* || 13 ut] aut *V* || 15 quaque] ꝙ (= quam) *O** || 16 risti *O**. *Ieremias iudex de Montagnone Paduanus compendii moralium notabilium part. IIII, libr. IIII:* Catulus c. 5 'risu — nulla est'. *Petrarca de remediis utriusque fortunae praef. libr. II p. 104 ed. Basil. a. 1581* stultorum risus quo 'inepto res ineptior nulla est', ut Catullus ait

Nunc Celtiber *es*: Celtiberia in terra,
Quod quisque minxit, hoc sibi solet mane
Dentem atque russam defricare gingiuam,
Vt quo iste uester expolitior dens est,
Hoc te amplius bibisse praedicet lot*i*.

40 Quaenam te mala mens, miselle Rauide,
Agit praecipitem in meos iambos?
Quis deus tibi non bene aduocatus
Vecordem parat excitare rixam?
An ut peruenias in ora uulgi?
Quid uis? qua lubet esse notus optas?
Eris, quandoquidem meos amores
Cum longa uoluisti amare poena.

41 Ameana puella defututa
Tota milia me decem poposcit,
Ista turpiculo puella naso,
Decoctoris amica formiani.
Propinqui, quibus est puell*a* curae,
Amicos medicosque conuoca*te*:
Non est sana puella. nec roga*te*
Qualis sit: solet *esse* imagino*sa*.

---

17 es *add Corradinus de Allio: om V* ‖ 18 quique nuxit *O** *hinc* mixit *Ellisius* ‖ īane *O** ‖ 18. 19 *Apuleius apol. 6:* Calpurniano . . . quem multo aequius erat spurcissimo ritu Hiberorum, ut ait Catullus, sua sibi urina 'dentem atque russam pumicare gingiuam' ‖ 19 russam *Apuleius:* rusam *V* ‖ defricare] pumicare *Apuleius* ‖ 20 n̄r (= noster) *O** ‖ expolit'or (*uirgulam post* t *add g*) *G* expolitor *O* ‖ deus *O* ‖ 21 lotus *V*

40 *Interstitium nullum V.* Ad Rauidum *in marg. g* ‖ 3 dens *V* corr g* ‖ auocatus *V corr g* ‖ 5 perueniamus inora (inhora *O**) *V* ‖ 6 Quid nis *O** ‖ 7 Ens *O** ‖ 8 pena *O* poema *G*, al' pęna *add in marg. g* [pena (penna *L*) al' poema *BL*]

41 *Interstitium nullum V* ‖ 1 A me an. a. puella *O* A me an apuella *G* Ametina *Hauptius, possis etiam* Anniana. Anne sana *Corrad. de Allio* ‖ diffututa *Guarinus* ‖ 2 millia *G* ‖ popossit *O** ‖ 4 forniani *V inde* formiani *fecit g* ‖ 5 puelle *V* ‖ 6 conuocare *V* ‖ 7 rogare *V* ‖ 8 esse imaginosa *scripsi:* et ymaginosum *V* haec imaginosum *ω* sit: solide est imaginosa *Hauptius* rogare Q. s. solet: en imaginosam *Doeringius* rogare Qualis sit solet aes imaginosum *Froehlichius*

42 Adeste, hendecasyllabi, quot estis
Omnes undique, quotquot estis omnes.
Iocum me putat esse moecha turpis
Et negat mihi uestra reddituram
Pugillaria, si pati potestis.
Persequamur eam, et reflagitemus.
Quae sit quaeritis. illa quam uidetis
Turpe incedere, *mi*mice ac moleste
Ridentem catu*l*i ore gallicani.
Circumsistite eam, et reflagitate,
'Moecha putida, redde codicillos,
Redde, putida moecha, codicillos.'
Non assis facis? o lutum, lupanar,
Aut si perditius potes quid esse.
Sed non est tamen hoc satis putandum.
Quod si non aliud potest, ruborem
Ferreo canis exprimamus ore.
Conclamate iterum altiore uoce
'Moecha putida, redde codicillos,
Redde, putida moecha, codicillos'.
Sed ni*l* proficimus, nihil mouetur.
Mutanda est ratio modusque nobis,
Siquid proficere amplius potestis,
'Pudica et proba, redde codicillos'.

43 Salue, nec minimo puella naso
Nec bello pede nec nigris ocellis

---

42 *Interstitium nullum V* ‖ 1 endecha sillabi *V* ‖ 3 Locum *V sscr* al' Iocum *g* ‖ mecha *G* meca *O* ‖ 4 nostra *ω* ‖ 5 *Charisius p. 97, 10 K.* 'hos pugillares' et masculino genere et semper pluraliter dicas, sicut (? *an* sicut ait) Asinius in Valerium, quia pugillus est qui plures tabellas continet in seriem sutas. at tamen 'haec pugillaria' saepius neutraliter dicit idem Catullus in hendecasyllabis ‖ 7 illam *G* ‖ 8 mimice *Turnebus:* mirmice *V* ‖ 9 *an* Ringentem? ‖ catulli *V* ‖ 11 Mecha *G* Meca *O* ‖ 12 moeca *O* mecha *G* ‖ 13 facit *Halbertsma* ‖ o lutum, o lupanar *Statius* ‖ 14 potes *V*:* potest [*plurimi boni libri*] *uulgo* ‖ 16 *et* 17 *post u.* **23** *transposuit Westphalius simul* Quo, si non *scribens et carmen in quattuor senorum uersuum strophas dispertiens. eosdem post* **21** *simul u.* **16** pote ut *scribens posuit Pleitner* ‖ 16 al*iud (*fuerat* alliud) *G* ‖ pote, ut — ore, Conclamate *Munro* ‖ 17 Ferre ocanis *V*, *inde* Ferre o canis *radendo et corrigendo fecit g* ‖ orei *Maehlius* ‖ 19. 20 Mecha *G*, Meca *O* ‖ 21 nichil *V* ‖ n[l] (= nichil) *O* nichil *scripserat G, inde* nil*** *rasura et correctura fecit g* ‖ 22 uobis *ω* ‖ potestis] *an* putatis? uoletis *Maehlius*

43 *Interstitium nullum V* ‖ 1 nimio *ω Scaliger* ‖ 2 ocelis *G, corr g*

Nec longis digitis nec ore sicco
Nec sane nimis elegante lingua,
Decoctoris amica formiani.
Ten prouincia narrat esse bellam?
Tecum Lesbia nostra comparatur?
O saeclum insapiens et infacetum!

44 O funde noster seu sabine seu tiburs
(Nam te esse tiburtem autumant quibus non est
Cordi Catullum laedere: at quibus cordi est
Quouis sabinum pignor*e* esse contendunt),
Sed seu sabine siue uerius tiburs,
Fui libenter in tua suburbana
Villa *m*al*a*mque pectore expul*i* *t*ussim,
Non inmerenti quam mihi me*u*s ue*nt*er,
Dum sumptuosas appeto, dedit, cenas.
Nam, sestianus dum uolo esse conuiua,
Orationem in Antium petitorem
Plenam ueneni et pestilentiae legi.
Hic me grauido frigida et frequens tussis
Quassauit usque dum in tuum sinum fugi
Et me recuraui otioque et urtica.
Quare refectus maximas tibi grates
Ago, meum quod non es ulta peccatum.
Nec deprecor iam, si nefaria scripta
Sesti recepso, qui*n* grauedinem et tussim
Non m*i*, sed ipsi Sestio ferat frigus,
Qui tunc uocat me cum malum librum leg*i*.

---

7 cōpantur *O** ‖ 8 O sedum *V*, *inde* O seclum *g* ‖ insapiens (in sapiens *G*) 7 infacetum (in facetum *G*) *V*, *inde ras. et corr. fecit g* in sapiēs atqꝫ in facetum

44 *Interstitium nullum V* ‖ 2 cū quibus *G**, cū *del g* ‖ 4 pignoris *V* ‖ contedunt *O** ‖ 7 aliamque *V* ‖ expuli tussim *Auantius:* expulsus sim *V* expui tussim *Scaliger* ‖ 8 in merenti *O* īmerenti *G* ‖ mens uertur *V corr Faernus* ‖ 10 festianus *O** ‖ conuiua (a *in rasura duarum litterarum scripsit g, fuerat fortasse* conuiuia) *G* ‖ 11 Orationem in Antium *Statius:* Oratione minantium *V*, *ex* Oratione *uirgula superscripta* Orationem *fecit g* ‖ petitorem *V*, *inde* petitorum *fecit g* [*hoc plurimi boni*] ‖ 12 pestilente *O** ‖ 13 h (= Hoc) *O** ‖ 15 ocioque *V* ocimoque *ω* alioque *Cornelissenus* ‖ 17 ulte *Faernus* ultu' *Muretus* ultus erratum *Baehrensius* ‖ 19 Sestire cepso qui *V* ‖ 20 michi *G* m (i superscr.) *O* ‖ sectio *V* ‖ *an* ferant? ‖ 21 tūc *V*, *sed in G prius fuerat* nūc (*uel* hūc), *quod G*[1], *ut uidetur*, *in* tūc *correxit*, tum *Hauptius* ‖ legi *Lachmannus:* legit (leḡ *O*) *V*, fecit *Baehrensius* legit librum *ω*

45

Acmen Septimi*us* suos amores
Tenens in gremio 'mea' inquit 'Acme,
Ni te perdit*e* amo atque amare porro
Omnes sum assidue paratus annos
Quantum qui pot*e* plurimum perire,
Solus in Libya Indiaque tosta
Caesio ueniam obuius leoni.'
Hoc ut dixit, Amor, sinistra ut ante,
Dextra sternuit approbatione*m*.
A*t* *A*cme leuiter caput reflectens
Et dulcis pueri ebrios ocellos
Illo purpureo ore sa*u*iata
'Sic' inquit, 'mea uita Septimille,
Huic uni domino usque seruiamus,
Vt multo mihi maior acriorque
Ignis mollibus ardet in medullis'.
Hoc ut dixit, Amor, sinistra *u*t ante,
Dextr*a* sternuit approbationem.
Nunc ab auspicio bono profecti
Mutuis animis amant amantur.
Vnam Septumius misellus Acmen
Mauult quam Syrias Britanniasque:
Vno in Septimio fidelis Acme
Facit delicias libidinisque.
Quis ullos homines beatiores
Vidit, quis Venerem auspicatiorem?

46

Iam uer egelidos refert tepores,
Iam caeli furor aequinoctialis
Iocundis zephyri silescit aureis.
Linquantur phrygii, Catulle, campi

---

45 *Interstitium nullum V* ‖ 1 A c men *O* A c men *G* ‖ septimios *O** septimos *G* ‖ 2 inquid *O** ‖ ac me *V* ‖ 3 perditi *V* ‖ amore *Froehlichius* ‖ 4 O mens *O** ‖ 5 potest *V* ‖ 6 libia *V* ‖ Indiaue *Luc. Mueller* ‖ 8 sinistra ut ante (9) Dextra *sic V* (*idem O quoque, qui haec habet:* sinist͂ ū an̄ Dext͂) sinistra, ut ante, Dextram *ω* sinistram ut ante Dextram *ω* sinister ante Dextram *Vossius* ‖ 9 approbatione *V* ‖ 10 Ad hac me *V*, hac *in* hanc *mutauit g* ‖ 12 saniata *V* ‖ 13 inquid *O** ‖ septinulle *V* [septimulle *ACL*] ‖ 14 uni (i *in rasura scripsit g, fuerat fortasse* uno) *G* ‖ 17 sinistrauit ante *V* ‖ 18 Dextram *V* ‖ 21 agmen *V* ‖ 22 sy(i *O*)riasque *V* ‖ britaniasque *O* ‖ 23 ac me *V*

46 *Interstitium nullum V* ‖ 1 uere gelidos *V* (*in G haec in rasura, sed a* G^1 *scripta*) ‖ 3 cephiri silesit *O** ‖ 4 Liquantur *O** ‖ frigii *V* ‖ catule *O*

Nicaeaeque ager *u*ber aestuosae:
Ad claras Asiae uolemus urbes.
Iam mens praetrepidans auet uagari.
Iam laeti studio pedes uigescunt.
O dulces comitum ualete coetus,
Longe quos simul a domo profectos
Diuersae uariae uiae reportant.

47 Porci et Socration, duae sinistrae
Pisonis, scabies famesque mundi,
Vos Veraniolo meo et Fabullo
Verpus pr*ae*posuit Priapus ille?
Vos conuiuia lauta sumptuose
De die facitis? mei sodales
Quaerunt in triuio uocationes?

48 Mellitos oculos tuos, I*u*uenti,
Siquis me sinat usque basiare,
Vsque ad milia basiem trecenta,
Nec *u*mquam *ui*de*a*r sat*u*r futurus,
Non si densior aridis aristis
Sit nostrae seges osculationis.

49 Disertissime Romuli nepotum,
Quot sunt quotque fuere, Marce Tulli,

---

5 ruber estuore *V* ‖ 7 praetepidans *O** ‖ 8 *an* laeto? ‖ 9 cetus *V*, *inde* cętus *uirgula addita g* ‖ 10 quo *V* ‖ 11 Diuerse uarie uie *V*, *hinc alii* Diuerse uariae uiae, *alii* Diuersae uarie uiae

47 *Interstitium nullum V* ‖ 2 mundae *Buecheler* nummi *Baehrensius* ‖ 4 proposuit *V* ‖ 5 sumptuosa *Auantius*

48 *Interstitium nullum V* ‖ 1 inuenti *V* ‖ 3 millia *G* ‖ 4 numq̃ꝰ *O* nūq̃ꝰ *G* mi unquam *Statius* ‖ uidear satur *Guarinus:* inde corsater *V* ‖ 5 africis *Marklandus* horridis *Peiper* ‖ 6 Sint *V*, *corr g*

49 *Interstitium unius uersus V*, *in G expletum titulo* Ad Ciceronem: Ad *minio scripsit g*, Ciceronem *atramento manus quaedam recentior in rasura, quae uerba olim a g scripta* M. Tullium *deleuerat* [Ad M. Tullium *ALLaur. 33, 12* Ad Tullium *C*] ‖ 1 *citauit Petrarca in epistula Auenione a. 1347 ad Nicolaum Laurentii* (*Cola di Rienzi*) *scripta* (*ep. uar. 38, uol. 3 p. 402 ed. Fracassetti*) uidi haesitantes an res tuas an uerba potissime mirarentur nec abnuentes quin libertatis beneficio Brutum, eloquio Ciceronem dicerent, ad quem Catullus ueronensis ait 'Disertissime etc.' ‖ 2 M$\overset{.o.}{a}$rce *G* .M. *O*

Quotque post aliis erunt in annis,
Gratias tibi maximas Catullus
Agit pessimus omnium poeta,
Tanto pessimus omnium poeta
Quanto tu optimus omnium patronus.

50 Hesterno, Licini, die otiosi
Multum lusimus in meis tabellis,
Vt conuenerat esse delicatos.
Scribens uersiculos uterque nostrum
Ludebat numero modo hoc modo illoc
Reddens mutua per iocum atque uinum.
Atque illinc abi*i* tuo lepore
Incensus, L*i*cini, faceti*is*que,
Vt nec me miserum cibus iuuaret,
Nec somn*us* tegeret quiete ocellos,
Sed toto indomitus furore lecto
Versare*r* cupiens uidere lucem,
Vt tecum loquerer simulque ut essem.
A*t* defessa labore membra postquam
Semimortua lectulo iacebant,
Hoc, iocunde, tibi poema feci
Ex quo perspiceres meum dolorem.
Nunc audax caue *sis*, precesque nostras,
Oramus, caue despuas, ocell*e*,
Ne poenas Nemesis reposcat a te.
Est uehemens dea: laedere hanc caueto.

51 Ille mi *p*ar esse deo uidetur,
Ille, si fas est, superare diuos

---

7 patronum *G*

50 *Interstitium V, quod titulo* Ad lucinium *expleuit g* [Ad licinium *ABCLΔP*] ‖ 1 licini *V:* [lucini *D*] ‖ ociosi *V* ‖ 2 *an* in tueis? inuicem *Sabellicus* ‖ 3 esse: delicatos *ω* ‖ 5 illos *O** ‖ 7 abiit *V* ‖ 8 lacini faceti tuique *V* [lucini *D*] ‖ 10 somnos *V* ‖ 12 Versaretur *V* ‖ 13 simulique *O** ‖ ēēꝫ *O:* omnem *G*, al' essem *in marg. g* [omnem *D* omnem al' essem *B*] ‖ 14 Ad *V* ‖ 16. 17 *u. ad 54, 1* ‖ 18 caueris *V* ‖ p̄cepsqꝫ *O** ‖ 19 ocello *V* ‖ 20 penas ne messis (ne messis *G*) *V* ‖ resposcat *O** [reponat *et in marg.* al' reposcat *L* reponat *ABCHΔ*] ‖ ate *V* ‖ 21 uemens *Statius*

51 *Tres priores strophas huius carminis Catullus conuertit ex hoc Sapphus carmine (fragm. 2 Bergkii) a Longino qui dicitur de sublim. 10, 2 seruato: Φαίνεταί μοι κῆνος ἴσος θεοῖσιν ἔμμεν ὤνηρ ὅστις ἐναν-*

Qui sedens aduersus identidem te
Spectat et audit
Dulce ridentem, misero quod omnis
Eripit sensus mihi: nam simul te,
Lesbia, aspexi, nihil est super mi
. . . . . .
Lingua sed torpet, tenuis sub artus
Flam*m*a dema*n*at, sonitu suopte
Tintinant aures, gemina teguntur
Lumina nocte.

Otium, Catull*e*, tibi molestum est:
Otio exultas nimiumque gestis.
Otium et reges prius et beatas
Perdidit urbes.

52 Quid est, Catulle? quid moraris *e*mori?
Sella in curuli struma No*n*ius sedet,

τίος τοι ἰζάνει καὶ πλησίον ἆδυ φωνεύσας ὑπακούει | [5]*Καὶ γελαίσας ἰμερόεν, τό μοι μὰν καρδίαν ἐν στήθεσιν ἐπτόασεν. ὣς σε γὰρ ἴδω, βροχέως με φώνας οὐδὲν ἔτ' εἴκει·* | [9]*Ἀλλὰ καμ μὲν γλῶσσα ἔαγε· λεπτὸν δ' αὐτίκα χρῷ πῦρ ὑπαδεδρόμακεν. ὀππάτεσσι δ' οὐδὲν ὄρημ', ἐπιρρόμβεισι δ' ἄκουαι·* | [13]*Ἀ δέ μ' ἴδρως κακχέεται, τρόμος δὲ παῖσαν ἄγρει, χλωροτέρα δὲ ποίας Ἔμμι· τεθνάκην δ' ὀλίγω 'πιδεύης φαίνομαι ἄλλα.* *Interstitium V, quod titulo* Ad lesbiam *expleuit g* ‖ 1 michi *G* m (i superscr.) *O*, *hoc* michi *mutauit in* mi *g* ‖ impar *V* ‖ 3 te *om V*, *add g* ‖ 4 Te spectat *V*, *quod mutauit in* Spectat *g* ‖ 5 miseroque *V*, *inde* misero quod *g* ‖ 7 supmi *V*, *disiunxit uoculas g* ‖ 8 *interstitium nullum in V.* Vocis in ore *suppleuit Franc. Ritter* Gutture uocis *Westphalius* mi in Pectore uocis *Pleitner* Vocis amanti *Maixner* ‖ 10 Flamina *V* ‖ 11 Tintīnat *G* Tintiāt *O* [tintinat *A* tintinnat *ACL* tintinant *corr L*] ‖ geminae *Schrader* gemina et *Spengelius* gelida *Baehrensius*. *an* gemina obteguntur Lumina? ‖ 12 Limina *G* ‖ 13. 14. 15 Ocium, Ocio *V*, *in u. 15 fuerat in G* Otium, *sed mutauit in* Ocium *g* ‖ 13 catulli *G* catuli *O*. *saepe dubitatum est num uu. 13—16 clausulam carm. 51 recte efficiant* ‖ 15. 16 *Ieremias iudex de Montagnone Paduanus compendii moralium notabilium part. III libr. IIII* Catulus c. 5 'Ocium et reges prius et beatas perodit (reddidit) urbes

52 *Interstitium in V*, *in quo g scripsit* In Nouium ‖ 1 mori *V* ‖ 2 curulu *O** ‖ Struma *ω*. *apud Marium Victorinum, qui in fingendis exemplis metricis ter hoc uersu utitur, ter in codicibus pro* struma *legitur* st(c)rofa, *p. 136, 20 K.* erit in exemplo uersus hic 'Sella in curuli scrofa Nonius sedet'; *cf. ibid. p. 136, 23. 137, 1. similiter hunc uersum Caesius Bassus, ex quo Marius Victorinus sua hausit, ter adhibuit uera tamen scriptura* struma *seruata in loco ceterum in codicibus grauiter corrupto p. 257, 8 K.* cuius (*trimetri*) exemplum 'Sella in curuli struma Nonius sedet'. *cf. Plinius nat. hist. 37, 81* gemma, pro-

Per consulatum perierat Vatinius:
Quid est, Catulle? quid moraris *e*mori?

53 Risi nescio quem modo *e* corona,
Qui, cum mirifice uatiniana
Me*u*s crimina Caluos explicasset,
Admirans ait haec manusque tollens
'Dii magni, salap*u*tium d*i*sertum!'

54 Otonis caput oppid*o* pusillum,
†Et eri rustic*a* semilauta crura,
Subtile et leue peditum Libonis,
Si non omnia, displicere uellem
Tibi et *Fu*f*i*cio, sen*i* recocto: —
Irascere iterum meis iambis
Inmerentibus, unice imperator.

pter quam ab Antonio proscriptus est Nonius senator, filius strumae Nonii eius quem Catullus poeta in sella curuli uisum indigne tulit, *Boethius cons. philos. 3, pr. 4* unde Catullus licet in curuli Nonium sedentem strumam adpellat ‖ Nonius *Caesius, Plinius, Victorinus, Boethius:* nouius *V* ‖ 3 Vacinius *G* ‖ 4 mori *V*

53 *Nullum interstitium V* ‖ 1 Nisi *O** ‖ e] 7 (= et) *V* ec *uel* ex *Baehrensius* ‖ 2 tum *O** ‖ uaciniana (c *superne adrasa; t olim fuisse minime certum est*) *G* ‖ 3 meos *V* ‖ crimina] *sscr* al' carmina *g* ‖ explicaset *O** ‖ 4 Amirans *O** ‖ *Inter u. 4 et 5 paragraphum adpinxit et in marg. hunc titulum adscripsit* De octonis capite *g* [De ot(th)onis capite *ABCHLΔ*] ‖ 5 salapantium desertum *V*, *cf. Seneca controu. 7, 4 (19), p. 332 Kiessl.* erat enim (*Caluus*) paruolus statura, propter quod etiam Catullus in hendecasyllabis uocat illum 'salaputtium' (*sic codd.*) disertum'

54 *Nullum interstitium V. hoc carmen aut lacunosum esse aut ex diuersorum carminum particulis constare multi putauerunt* ‖ 1 Otonis *V:* [Octonis *BDΔP* Othonis *ACHL*] ‖ capud *O** ‖ o*pido (*fuerat* oppido) *G* apido *O** ‖ est pus(ss *O**)illum *V* (oppido est pusillum) *Munro* ‖ *post 1 secuntur in V duo uersus 50, 16 et 17 iterum scripti* Hoc (H' = Hec *O*) iocunde tibi poema feci Exquo perspiceres meum dolorem ‖ 2 Et eri *V*, *inde fecit* Et heri *g* Heri *Muretus* Neri *Luc. Mueller* Vetti *Vossius alii alia* Et, trirustice, *Munro* ‖ rustica *ω*: rustice *V* Rustice *Statius* ‖ cruta *O** ‖ 5 Fuficio *Hauptius:* sufficio *V* Fuffitio *Scaliger* ‖ seniore cocto *V*, c *litterae superscripsit* al' .p., *ut esset* copto, *g* [seniore copto *ABCDHLΔP*] seni recocto] 'glossarium interpretatur ἀπεφθον γέροντα, cum hunc locum in animo haberet' *Scaliger* ‖ *iuxta u. 6 in margine scripsit g* In Camerium [*item libri plerique*] ‖ 7 Inmerentibus *O:* Immerentibus *G. cf. gloss. Labb. 87ᵈ* immerentibus ἀναξίοις

55 Oramus, si forte non molest*um* es*t*,
Demonstres ubi sint tuae tenebrae.
Te campo quaesiuimus *m*inore,
Te in circo, te in omnibus libellis,
Te in templo summi Iouis sacrato.
In Magni simul ambulatione
Femellas omnes, amice, prendi,
Quas uultu uidi tamen seren*as*.
†A uelte sic ipse flagitabam:
'Camerium mihi, pessimae puellae!'
Quaedam inquit: nudum reduc . . . †
E*n* he*i*c in roseis latet papillis.'
Sed te iam ferre Herculei labos est:
Tanto te*n* fastu negas, amice?
Dic nobis ubi sis futurus, ede
Audacter, committe, crede luce*i*.
Nu*m* te lacteolae tenent puellae?
Si linguam clauso ten*e*s in ore,
Fructus pro*i*cies amoris omnes:
Verbosa gaudet Venus loquella.

---

55 *Nullum interstitium V. cum nemini dum contigerit et rationem huius carminis metricam strophicamque plene explicare et certo dispicere quonam nexu uersus decem in libris post 58, 5 collocati, qui uulgo numerantur 23—32, cum hoc carmine olim coniuncti fuerint, satius duxi hos uersus loco eo quo in libris sunt seruare et omnes mutationes nullis nisi caussis metricis commendatas ex textu excludere* ‖ 1 molestus es *V* ‖ 2 [Demostres *DLaur. 33, 12*] ‖ latebrae *ω* ‖ 3 in minore *V* Te in campo *Silligius probabiliter* Te quaesiuimus in minore campo *ω* ‖ 4 Te id (*sscr* al' in *g*) circo *V* ‖ tabernis *ω* ‖ 6 *h. u. alii cum u. 5 interpunctione coniungunt* ‖ 7 prendi *O*:* prehendi *G* ‖ 8 uideo *ω* ‖ [serenas *ADL*]: serena *V* sereno *ω* ‖ 9 A(h) uel te *ω* Auli, te *ω* Aulum, te *Heysius* A queis te *Pohlius* Auens te *ego olim. an* Has uellens*?* ‖ 11 Quedam *O*[*B*, Quendam *L*]: Quendam *G* [*et plerique boni*] ‖ inquid *O** ‖ *an* reduc puellum*?* reduc amicum *Baehrensius* reducta pectus *Ellisius* nudum sinum reducens (recludens *Riesius*) *Auantius* ‖ 12 Em *V*[*BA*], *quod Ribbeckius commendauit*, Hem *g*[*D*] [Et *ACHL*] ‖ hec (h' *i. e.* hec *O*) *V*, *unde* heic *feci*, hic *ω* ‖ 14 ten *Muretus:* te in *V* ‖ [in fastu *et in marg.* al' faustu *L*] ‖ amico *ω* ‖ *post u. 14 uersus decem* Non custos *usque ad* Essem te *in V post 58, 5 positos* (*cf. infra*) *Froehlichius et ego olim inseruimus, eosdem editio omnium antiquissima et Lachmannus post u. 13, cod. paris. 8236 et Guarinus post u. 12 collocauerunt: olim uulgo uersui 22 adnectebantur. alii illos carminis ad Camerium alterius esse fragmentum putant* ‖ 16 Audaciter *O** ‖ hoc committe *V*, *inde* ede hoc Audacter *Vossius* ‖ crede] *sscr* al' crude *g* [crude *Laur. 33, 12*] ‖ lucei *Scaliger:* lucet *V* ‖ 17 Nunc *V* Non *Baehrensius* ‖ papillae *ω* ‖ 18 tenens *V* ‖ 19 [proicies *CALaur. 33, 12*]: prohicies *O** proiicies *G* ‖ 20 loquella *G*

Vel si uis, licet obseres palatum,
Dum uostri si*m* particeps amoris.

56 O rem ridiculam, Cato, et iocosam
Dignamque auribus et tuo cachinno.
Ride, quicquid amas, Cato, Catullum:
Res est ridicula et nimis iocosa.
Deprendi modo p*u*pulum puellae
Trusantem: hunc ego, si placet Dionae,
Pro telo rigida mea cecidi.

57 Pulcre conuenit improbis cinaedis,
Mamurrae pathicoque Caesarique.
Nec mirum: maculae paris utrisque,
Vrbana altera et illa formiana,
Impressae resident nec eluentur:
Morbosi pariter gemelli utrique,
Vno in lectulo erudituli ambo,
Non hic quam ille magis uorax adulter,
Riuales soci*ei* puellularum:
Pulcre conuenit improbis cinaedis.

58 Caeli, Lesbia *n*ostra, Lesbia illa,
Illa Lesbia, quam Catullus unam
Plus quam se atque suos amauit omnes,
Nunc in quadruuiis et angiportis
Glubit magna*n*imi Rem*i* nepotes.

---

22 uestri (ūri *O*) *V**, *litteris* ue *sscr* al' no *g* [nostri *ceteri boni*] ‖ sis *V* nostri sis (fis *Heysius*) *ω* uestri sim ego *Auantius* Dum ueri sis *Rossbergius*

56 *Vnius uersus interstitium in V, inseruit* Ad Catonem *g* ‖ 2 chachinno *G* ‖ 3 Nide *O** ‖ 5 populum *V* ‖ *an* in puella? ‖ 6 Crisantem *ω* Crusantem *Baehrensius* ‖ sic *Statius* ‖ dyone *G* Dianae *Westphalius* ‖ 7 Protelo *ω* ‖ ridida *G**, *corr g*

57, 1. 10 Pulcre *V*, *inde fecit u. 1* Pulchre *g* ‖ 3 pares *ω* ‖ 5 Impse *O** ‖ nece luentur *V* ‖ 6 *gloss. Labb. p. 116c* morbosus παθικός ‖ tenelli *Hauptius* ‖ 7 lecticulo *O** *Baehrensius* lectululo *Auantius* lectulo et *Froehlichius* ‖ 9 Niuales *O** ‖ sociei *Scaliger:* socii et *V* ‖ puellullarum *O**

58 *Nullum interstitium V* ‖ 1 uestra (ūra *O*) *V nescio an recte* ‖ 2 catulus *O* ‖ 4 quadruuiis *G**: quadriuiis *O* ‖ 5 magna amiremini *O** magna admiremini *G* magnanimos *ω*

55 23 Non custos si fingar ille Cretum,
25 Non Ladas ego pinnipesue Perseus,
24 Non si pegaseo ferar uolatu,
26 Non Rhesi niueae citaeque bigae:
Adde huc plumipedas uolatilesque,
Ventorumque simul require cursum:
Quos iunctos, Cameri, mihi dicares,
Defessus tamen omnibus medullis
Et multis langoribus peresus
Essem te mihi, amice, quaeritando.

59 Bononiensis Rufa Ruf*ul*um fellat,
Vxor Meneni, saepe quam in sepulcretis
Vidistis ipso rapere de rogo cenam,
Cum deuolutum ex igne prosequens panem
Ab semiraso tunderetur ustore.

60 Num te leaena montibus libys*t*inis
Aut Scylla latrans infima inguinum parte
Tam mente dura procreauit ac taetra,
Vt supplic*is* uocem in nouissimo casu
Conte*m*ptam haberes a nimis fero corde?

55, 23 *Nullum interstitium V. cf. de hoc fragmento ad 55, 14* ‖ 23 si ego fingar *Handius* ‖ 25 *et* 24 *transp Muretus: 24. 25 V* ‖ 25 Ladas si *ω* ‖ primipesue *V add in marg.* al' pinnipes *g* ‖ 24 *respexit Ratherius, episcopus ueronensis, serm. 8 p. 624 Ball.* Non angelico, ut Elias quondam, subuectus, non pennigero, ut poeticus ⟨ecus⟩ ille, uolatu ‖ 26 thesi uinee *O* ‖ niueis citisque bigis *Muretus* niuea citaque biga *Handius* ‖ 27 plūmipedas *G* plumipedes *ω* ‖ uictos *O** cunctos *Schrader* uinctos *ω Bergkius* ‖ ut mihi *Maehlius* ‖ 30 Deffessus *O* ‖ 31 p̄sens *O** ‖ 32 Esse *O** ‖ mi *ω* ‖ amiceqȝ ritando *O**

59 *Interstitium nullum in V, add in marg.* In Rufum *g, simul u. 1 paragraphum praeponens* ‖ 1 rufa rufum *V* rufa rufulum *Pleitner* Rufum edax *Rossbergius* Rufum egens *Westphalius* ‖ fellat *O* [*Laur. 33, 12*]: fallat *G* [*et ceteri*] ‖ 5 Ab. semiraso *G* Abse miraso *O*

60 *Nullum interstitium V.* '*fragmentum potius quam epigramma integrum*' *Muretus* ‖ 1 libissinis *O* libisinis *G, corr Scaliger* ‖ 2 silla *V* ‖ 3 mentem *O** ‖ tetra *V* ‖ 4 supp(p O)licus *V*[*A*], *inde fecit* suppliciis *g* ‖ 5 Contentam *V*[*D*], *unde fecerunt* conteptam G^1, contenptam O^1 ‖ animis *V. In O post u. 5 in fine folii 14ᵘ quinque lineae uacuae sunt relictae ut carmen sequens a nouo folio inciperet*

61

Collis o *h*eliconiei
Cultor, Vraniae genus,
Qui rapis teneram ad uirum
Virginem, o Hymenaee Hymen,
O *H*ymen Hymenaee,

Cinge tempora floribus
Suaue olentis amaraci,
Flam*m*eum cape, laetus huc
Huc ueni niueo gerens
Luteum pede soccum,

Excitusque hilari die
Nuptialia concinens
Voce carmina tinnula
Pelle humum pedibus, manu
Pineam quate taedam.

Namque Vinia Ma*n*lio,
Qualis Idalium colens
Venit ad phrygium Venus
Iudicem, bona cum bona
Nubet alite uirgo,

Floridis uelut enitens
Myrtus asia ramul*i*s,
Quos hamadryades deae

---

61 *Interstitium unius uersus in V, inseruit titulum* Epythalamius Iunie et Mallii *g. Strophas h. c. singulas ex systematis duobus, priore ternorum uersuum, posteriore binorum, constare Lachmannus putauit* ‖ 1 obellicon iei *O** o Eliconei *G* ‖ 4. 5 Virginem o hymenee hymen [5] O hymenee hymen .*G* [*et D*] Virginem ohȳmenee [5] Hymen ohymenee hymen *O* [*ABCHLΔ*], *corr aldina a. 1502, cf. infra u. 50. in u. 5* Hymen o Hymenaee *ω, item ω u. 40. 50. 60* ‖ 6 *glossar. balliol.* (*u. Ellisii ed.*[2] *p. IX*): Cinge tempora : coronare ‖ 7 amarici *V, sed priorem* i *litteram suppunxit et* a *superscripsit O pr. m.* ‖ 8 Flameum *V* ‖ 11 hylari *V* ‖ 12 continens *V* ‖ 13 tinnuula *V*, inde fecit radendo et corrigendo* tinnula *g* ‖ 15 Spineam *Parthenius* ‖ 16 uinia *G, unde* Iunia *fecit g*, iunia (*ex litterarum ductibus discerni nequit utrum* uinia *an* iunia *legendum sit, sed apex primae litterae impositus scribam* iunia *uoluisse demonstrat*) *O* [uinia *CD* uiniam *AL* iunia *Laur. 33, 12* iul(l)ia *BHΔP*] ‖ mallio *V* ‖ 17 id alium *O, idem fecit simul uoces in unam coniungens g ex* ad alium, *quod G scripserat, cf. ad 36, 12* ‖ 18 frigium *V* ‖ 21 uult *O** (*cf. ad u. 194*) ‖ 22 Mirtus *V* ‖ 23 amadriades *V*

Lud*ic*rum sibi rosido
Nutriunt humore.

Quare age huc aditum ferens
Perge linquere thespiae
Rupis aonios specus,
Nympha quos super irrigat
Frigerans Aganippe,

Ac domum dominam uoca
Coniugis cupidam noui,
Mentem amore reuinc*i*ens
Vt tenax edera huc et huc
Arborem implicat errans.

Vosque item simul, integrae
Virgines, quibus aduenit
Par dies, agite in *m*odum
Dicite 'o Hymenaee Hymen,
O Hyme*n* Hymenae*e*',

Vt lubentius, audiens
Se citarier ad suum
Munus, huc aditum ferat
Dux bonae Veneris, boni
Coniugator amoris.

Quis deus magis est ama-
tis petendus amantibus?
Quem colent homines magis
Caelitum? o Hymenaee Hymen,
O Hymen Hymenae*e*.

Te suis *t*remulus parens
Inuocat, tibi uirgines
Zonula soluunt sinus,

---

24 Ludricum *V* ‖ roscido *ω* (*cf. Cyrilli glossa ap. Labb. p. 161*[b] *δεδροσισμένος*· rosidus) ‖ 25 Nutriuntur honore *Maehlius* Nutriunt in honore (odore) *ω* ‖ 27 tespie *V* ‖ 28 aouios *O** ‖ 32 Coniugi *Pleitner* ‖ 33 reuincens *V* ‖ 38 nodum *V* ‖ 40 O hy(i *O*)menee hymenee hy(i *O*)men *V* ‖ 42 citaries *O**. *cf. Placidi glossa in Maii class. auctt. 6, 557* citarier· celeriter moueri. *eandem glossam ex glossario balliolensi enotauit Ellisius* ‖ 46 magis est ama-(47)-tis petendus *Bergkius:* magis amatis (47) Est petendus *V* magis ac (ah *Scaliger*) magis *Guarinus* ancxiis *Hauptius* aemulis *Hermannus* mage mutueis *Pleitner* ‖ 48 colant *ω* ‖ *post* 49 Comparier (Conparies *O*) ausit *add V* ‖ 50 O hy(i *O*)men hymenee hymen *V* ‖ 51 sui si remulus (*sscr* al' remus *g*) *V* ‖ 53 Zonulla *O** zonulas *Peiper*

Te timens cupida nouos
Captat aure marit*us*.

Tu fero iuueni in manus
Floridam ipse puellulam
Dedis a gremio suae
Matris, o Hymenaee Hymen,
O Hymen Hymenaee.

Nil potest sine te Venus
Fama quod bona comprobet
Commodi capere: at potest
Te uolente. quis huic deo
Compararier ausit?

Nulla quit sine te domus
Liberos dare, nec parens
Stirpe *nit*ier: at potest
Te uolente. quis huic deo
Compararier ausit?

Quae tuis careat sacris
Non queat dare praesides
Terra finibus! at queat
Te uolente. quis huic deo
Compararier ausit?

Claustra pandite ianuae,
Virgo ade*s*. uiden ut faces
78 Splendidas quatiunt comas?
81 Tar*d*et ingenuus pudor:
†Quem tamen magis audiens
83 Flet quod ire necesse est.

---

54 tumens *Dousa fil.* Te te, Hymen *Vossius* nitens *Schenkelius* ‖ 55 maritos *V* ‖ 56 fer o *V* ‖ 57 puelullam *O** ‖ 58—60 Dedis agremio sue matris | O hymenee hy(i *O*)men hymenee (*ante uocem ultimam inseruit* o *g* [*item h. l.* o hymenee *D*]) *V* ‖ 61 Nichil *V*, *inde* Nil *g* ‖ 62 Fāma *O** ‖ 65 Comparier *O* ‖ 66 quid *G**, *corr g* ‖ 68 nitier [*P*]: uicier *G* [*BCA*] uities *O** uincier [*ADL*] cingier *Schrader* ‖ 70 Comparies *O** ‖ 73 at potest *Peiper* ‖ 75 Compararier *G* (*sed pro* a *posteriore m. pr. prius scripserat* i) *G* Comparier *O** ‖ 77 ades *Schrader:* adest *V* ‖ 81 Tardat *ω*. *fortasse* Tardet ingenuus pudor? Fles quod ire necesse est*?* ‖ 82 *hunc uersum, qui h. l. stropham et sensum turbat, Lachmannus post u. 110 transposuit. Ellisius ante 81, Luc. Mueller post 81 lacunam statuit. uersuum dinumeratio uulgata inde est nata quod in edd. uett. uersu 82 hic seruato uu. 94 et 95 et post u. 78 et post u. 83* (*in quo* necesse sit *scribebant*) *contra codicum fidem interpolati sunt* ‖ 83 neccẽ *O**

Flere desine. non tibi, Au-
runculeia, periculum est
Nequa femina pulcrior
Clarum ab Oceano diem
Viderit uenientem.

Talis in uario solet
Diuitis domini hortulo
Stare flos hyacinthinus.
Sed moraris, ab*i*t dies:
Prodeas, noua nupta.

Prodeas, noua nupta, si
Iam uidetur, et audias
Nostra uerba. uide ut faces
Aureas quatiunt comas:
Prodeas, noua nupta.

Non tuus leuis in mala
Deditus uir adultera
Pro*b*ra turpia persequens
A tuis teneris uolet
Secubare papillis,

Lenta qu*in* uelut adsitas
Vitis implicat arbores,
Implicabitur in tuum
Complexum. sed ab*i*t dies:
Prodeas, noua nupta.

O cubile quod omnibus
. . . .
. . . .
. . . .
Candido pede lecti.

Quae tuo ueniunt hero,
Quanta gaudia, quae uaga

86—87 non tibi Au-|runculeia *Turnebus:* non tibi | Aurunculeia *O** [*et cod. interpolatus uallierianus a. 1481*] non tibi | Arunculeia *G* [*ABCDHLΔP*] non tibi | Auruncleia *ω* ‖ 89 occeano *V* ‖ 92 ortullo *V**, *inde corr* ortulo *G* ‖ 93 iacintinus *G* iactintinus *O** ‖ 94 abiit *V* ‖ 95 *om V*, *add aldina a. 1502* ‖ 98 uiden (uideri *O**) ut *V* uiden? faces *ω* ‖ 103 Procatur. pia *V*, *corr ω* Prona *Heysius* ‖ 105 Se cubare *O* ‖ 106 quin *ω*: qꝫ *G* [*et ceteri praeter O*] sꝫ *O** *Baehrensius* qui *ω* (quei *Scaliger*) ‖ 106 uult *O** ‖ 109 abiit *V* ‖ 112—114 *interstitium nullum in V* ‖ 117 gaudiaqꝫ *V*

Nocte, quae medio die
Gaudeat! sed ab*i*t dies:
Prodeas, noua nupta.

Tollite, *o* pueri, faces:
Flam*m*eum uideo uenire.
Ite, concinite in modum
O Hymen Hymenaee io,
O Hymen Hymenae*e*.'

Ne diu tacea*t* procax
Fescennina *i*ocatio,
Nec nuces pueris neget
Desertum domini audiens
Concubinus amorem.

Da nuces pueris, iners
Concubine: satis diu
Lusisti nucibus: lubet
Iam seruire Talasio.
Concubine, nuces da.

Sordebant tibi uilicae,
Concubine, hodie atque heri:
Nunc tuum cinerarius
Tondet os. miser à miser
Concubine, nuces da.

Diceri*s* male te a tuis
Vnguentate glabris marite
Abstinere: sed abstine.
O Hymen Hymenaee io,
O Hymen Hymenaee.

---

118 Nocteqꝫ *V* ‖ 119 abiit *V* ‖ 121 o *om V* ‖ 122 Flam(mm *O*)ineum *V* ‖ uido *O** ‖ 123—125 Io hy(i *O*)men hy(i *O*)menee io | Io hymen hymenee io (*quattuor ultima uocabula om O**) | Ite concini(e *O*)te in modum *V*, *quae correxit aldina a. 1502.* Io Hymen Hymenaee io Io Hymen Hymenaee *ω uulgo* ‖ 126 taceatis *V* ‖ 127 Fosceninna *O** ‖ iocatio *Heinsius:* locacio *O** lotatio (*in marg. add* al' locutio *g*) *G* [locatio *Laur. 33, 12 Riccard. 606* (*m. pr.*) locutio *ABCDHLΔ*] ‖ 129 *an* uidens? ‖ 132 diu] domini *O** ‖ 133 iubet *Schrader* ‖ 134 Nam *O** ‖ talassio *ω uulgo* ‖ 136 iulice (*ex litterarum ductibus dinosci non potest utrum* uilice *an* iulice *legendum sit, sed apice primae litterae superposito lectio* iulice *confirmatur*) *O** [uilice *P*] uillice *G* uilluli *Corradinus de Allio* ‖ 139 misera *O** miser ah *G* [*et plerique*, miser ha *BC*] ‖ 141 Diceres *V* ‖ malle (*sed in G* l *alteram inseruit g*) *V* ‖ 142 Vnguenta te *V* ‖ 144 O] Io *V* ‖ 145 *om V*

Scimus haec tibi quae licent
Sola cognita: sed marito
Ista non eadem licent.
O Hymen Hymenaee io,
O Hymen Hymenaee.

Nupta, tu quoque quae tuus
Vir petet caue ne neges,
Ni petitum aliunde eat.
O Hymen Hymenaee io,
O Hymen Hymenaee.

En tibi domus ut potens
Et beata uiri tui:
Quae tibi sine seruiat
(*O* Hymen Hymenaee io,
O Hymen Hymenaee)

Vsque dum tremulum mouens
Cana tempus anilitas
Omnia omnibus annuit.
O Hymen Hymenaee io,
O Hymen Hymenaee.

Transfer omine cum bono
Limen aureolos pedes,
Rassilemque subi forem.
O Hymen Hymenaee io,
O Hymen Hymenaee.

Aspice *int*us ut accubans
Vir tuus tyrio in toro
Totus immineat tibi.

---

146 Simus *O** ‖ tibiqꝫ *V*, *inde* tibi q̃ (= quae) *g* ‖ 149 (*et item 154. 159. 164. 169. 174. 179. 184. 189*) O] Io *V* ‖ 150 (*et item 160. 165. 170*) *om O** Io hymen hymenee io *G* ‖ 151 tuus *O* [*et plerique*]: tuis *G*[*D*] ‖ 152 petet] *in G* e *prior in rasura, fortasse antea fuerat* a, *corr g* ‖ 153 Ne *ω* ‖ 154 O] Io *V* ‖ 155 *om V**, Io hymen hymenee io *add in marg. g* [*eadem ceteri in textu*] ‖ 158 seruit *V* sine fine seruit *ω* sine fine erit *Auantius* ‖ 159. 160 *cf. ad u. 149. 150* ‖ 162 an(nn *G*)ilis etas *V*, (*cf. in glossario balliolensi* 'anilitas ab anu nominata est, sicut a sene senectus') ‖ 163 annuet *ω* ‖ 164. 165 *cf. ad 149. 150* ‖ 168 Rassilemque (s *prior erasa*) *G** Nassilemque *O** ‖ sibi *V* ‖ 169. 170 *cf. ad 149. 150* ‖ 171 unus *V*, *corr Statius*, unctus *Barthius* imus *ω* ‖ 172 thoro *V*

O Hymen Hymenaee io,
O Hymen Hymenae*e*.

Illi non minus *a*c tibi
Pectore uritur intimo
Flamma, sed penite magis.
O Hymen Hymenaee io,
O Hymen Hymenae*e*.

Mitte brachiolum teres,
Praetextate, puell*ul*ae:
Iam cubile adeat uiri.
O Hymen Hymenaee io,
O Hymen Hymenae*e*.

Vos bonae senibus u*i*ris
Cognitae be*n*e feminae,
Collocate puell*ul*am.
O Hymen Hymenaee io,
O Hymen Hymenae*e*.

Iam licet uenias, marite:
Vxor in thalamo *t*ibi est
Ore floridulo nitens
Alba parthenice uelut
Luteumue papauer.

A*t*, marit*e*, (*i*ta m*e* iuuen*t*
Caelites) nihilo minus
Pulc*er* *es*, ne*que* te Venus

---

174 *cf. ad u. 149* || 175 (*item 180. 185. 190*) Io hymen hymenee io *V* || 176 hac *V** || 177 uritur *V*, *in marg.* al' urimur *add g* [urimur *et in marg.* al uritur *L*] || 178 Flāma *O* Flama *G* || 179 *cf. ad u. 149* || 180 *cf. ad u. 175* || 181 Mite *O* || 182 Pretextare *O** || puelle *V* || 183 cubibe *O** || adeat *O**: adeāt *G* [adeaṇt *L*] || 184 *cf. ad u. 149* || 185 *cf. ad u. 175* || 186 Vos *om V*, *add ω*: Iam *add Pleitner*, O *Baehrensius* || unis *V*, *corr Statius.* bonis *Passeratius* Vos unis senibus bonae *Auantius* || 187 berue *V* breue *ω* || 188 puellam *V* || 189 *cf. ad 149* || 190 *cf. ad 175* || 192 est tibi *V* [ubi est *A* ụbị est *et in marg.* tibi *L*] || 194 ul't (= uelut, *idem in O etiam 63, 14*) *O**: uultu (*litteram ultimam add g*) *G*, *in marg.* al' uult *add g* (uult *pro* uelut *in O 61, 21. 106. 64, 105*) [uultu *ceteri*] || 196—200 *post 205 in V*, *suo loco reddidit Scaliger* || 196 Ad maritum tamen iuuenem *V*, *corr Scaliger* || 197 nich ominus *O*, nichọilominus *G* (o *priorem deleuit m. pr.*, *uoluerat per abbreuiationem scribere, ut est in O, sed dum scribit correxit*) || 198 Pulcre res *V*, *correctum apud Robortellum* || nec *V*

Neglegit. sed abit dies:
Perge, ne remorare.

Non diu remoratus es,
Iam uenis. bona te Venus
Iuuerit, quoniam palam
Quod cupis cupis et bonum
Non abscondis amorem.

Ille pulueris africei
Siderumque micantium
Subducat numerum prius,
Qui uostri numerare uolt
Multa milia ludei.

Ludite ut lubet, et breui
Liberos date. non decet
Tam uetus sine liberis
Nomen esse, sed indidem
Semper ingenerari.

Torquatus uolo paruulus
Matris e gremio suae
Porrigens teneras manus
Dulce rideat ad patrem
Semihiante labello.

Sit suo similis patri
Manlio et facile insciei̊s
Noscitetur ab omnibus
Et pudicitiam suae
Matris indicet ore.

---

199 Neglegit *O**: Negligit *G* ‖ abiit *V* ‖ 200 rememorare *G* ‖ 201 remorata (remota *O**) es *V* ‖ 203 Inuenerit *V* ‖ 204 cupis cupis *V* sed in uoce posteriore ex* u *fecit* a *g* [cupis capis *ceteri, uulgo*]. *iam Heinsius* cupis cupis *coniectura adsecutus erat* ‖ 205 abscondas *V* ‖ 206 ericei *V, corr Heinsius.* aridi *Broukhusius* ‖ 209 nostri *V* ‖ uolunt *V* ‖ 210 millia *G* ‖ ludei *Scaliger* (ludi *ω*): ludere *V* ‖ 211 Et ludite et lubet *V* ‖ breui] b'ui *O, quod est* breui. (*cf. in eodem codice 63, 57* (b'ue = breue) ‖ 214 nididem *O** ‖ 215 ingenerati *O* ‖ 216 Torcutus *O** ‖ 217 e] 7 (= et) *O** ‖ 220 Sed (S3 *O*) michi (m̊i *O*) ante *V*, *corr Scaliger.* semhiante *Luc. Mueller* ‖ 222 Maulio *O** ‖ facie *Burmannus* ‖ insciens *V* ‖ 223 Noscite *O** ‖ obuieis *Pleitner* omnibus Noscitetur ab insciis *Dawesius* ‖ 224 pudiciciam suam *V* ‖ 225 iudicet *O**

Talis illius a bona
Matre laus genus approbet
Qualis unica ab optima
Matre Tel*e*macho manet
Fama penelopeo.

Claudite *o*stia, uirgines:
Lusimus satis. a*t*, bonei
Coniuges, b*e*ne ui*u*i*t*e et
Munere assidu*o* ualentem
Exercete iuuentam.

62 Vesper adest: iuuenes, consurgite: uesper Olympo
Expectata diu uix tandem lumina tollit.
Surgere iam tempus, iam pinguis linquere mensas:
Iam ueniet uirgo, iam dicetur hymenaeus.
Hymen o Hymenaee, Hymen ades o Hymenaee.

Cernitis, innuptae, iuuenes? consurgite contra:
Nimirum *oeta*eos ostendit noctifer i*gnes*.

226—227 Talis illius abona matre | Laus genus (egenus *O**) approbet *V* ‖ 228 ab *om O** ‖ 229 theleamaco *G* [*CDΛ*] thelamacho *O** [thelamaco *ABL*] ‖ 230 pene lopeo *O* penolopeo *G* ‖ 231 hostia *V* ‖ 232 ad *V* ‖ bolnei (*in marg.* al' bonei *add g*) *G* bonlei *O* [bolnei *ABCHΛ* bolnei *et in marg.* al' bonlei *L* bonei *DPLaur. 33, 12*] ‖ 233 bone uite et *V* ‖ et *post* assiduo *transp Luc.Mueller* ‖ 234 assidue *V* ‖ 235 Exercere *O** ‖ *in unius uersus interstitio add O* (*m. pr.*) *atramento* (*non minio*) *usus et eisdem litteris quibus contextus scriptus est adhibitis* Explicit epithalamium, *sequitur sine interstitio 62, 1*

62 *Interstitium unius uersus in G, inseruit* Exametrum carmen nuptiale *g* [*idem titulus in ceteris bonis*], *de O cf. ad 61, 235.* EPITHALAMIVM CATVLLI *inscriptum est huic carmini in codice T*(*huaneo*) *inter parisinos 8071 saeculi VIIII, qui ubi a textu nostro discrepet adnotaui.* Epithalamium *Quintilianus quoque h. c. nominat, cf. ad u. 45. Hoc carmen amoebaeum certa stropharum ratione compositum esse Naekius primus uidit. in singulis rebus multae sunt uirorum doctorum discrepantiae* ‖ 1 *Varro de l. l. 7, 50* 'uesperugo' stella quae uespere oritur, a quo eam Opilius scribit 'uesperum'. itaque dicit Valerius (dicitur alterum *liber florentinus, quod correxi*) 'Vesper adest'. — Turba uirorum *add in marg. g* ‖ 3 *inter* tempus *et* iam *in G superne addita est uocula* est, *sed neque a* G^1 *neque a g* ‖ pinguis *OT*[*H*]: pingues *G* ‖ liq̄re *O** ‖ 4 imeneus *O** ‖ 5 Hymeno hymeneae hymenades o hymenaeae *T* Hy(i *O*)men ohy(i *O*)menee hy(i *O*)men ades o hymenee *V*, *sic uel paene sic etiam in ceteris epiphonematis* ‖ 6 Puelle *in marg. g* ‖ consurgi eretera *T* consurgere contra *ω* ‖ 7 oeta eos *T:* hoc eos *G* h̄ eos (*quod item significat* hoc eos) *O** ‖ imbres *T* imber *V* oetaeas obtendit noctifer umbras *Statius* oetaeos (= *Οἰταῖος*) se ostendit noctifer umbreis *Bergkius*

Sic certes*t*: uiden ut perniciter exiluere?
Non temere exiluere: canent quo*d* ui*n*cere par est.
Hymen o Hymenaee, Hymen ades o Hymenaee.

Non facilis nobis, aequalis, palma parata est:
Aspicite, innupt*ae* secum ut medita*ta* requ*i*runt.
Non frustra meditantur: habent memorabile quod sit.
Nec mirum, penitus quae tota mente laborant.
Nos alio mentes, alio diuisimus aures:
Iure igitur uincemur: amat uictoria curam.
Quare *nunc* animos saltem committite uestros:
Dicere iam incipient, iam respondere decebit.
Hymen o Hymenaee, Hymen ades o Hymenaee.

Hespere, qui caelo fertur crudelior ignis?
Qui natam possis co*n*plexu auellere matris,
Co*n*plexu matris retinentem auellere natam
Et iuu*e*ni ardenti castam donare puellam.
Quid faciunt hostes capta crudelius urbe?
Hymen o Hymenaee, Hymen ades o Hymenaee.

Hespere, qui caelo lucet iocundior ignis?
Qui desponsa tua firmes co*n*ubia flamma,
Qu*ae* pepigere uiri, pepigerunt ante parentes,
Nec iunxere prius quam se tuus extulit ardor.

---

8 certe est *Statius:* certe si *V* (*inde ras. corr* certe *in G*) cer tes .i. *T* ‖ 9 quod *T:* q̊ (= quo) *V* ‖ uisere *VT, corr Auantius* ‖ par est *T:* parēt *V* quo (*V*) *uel* quos uincere *alii*, quod uespere *Balth. Venator* ‖ 10 Hymene (*sic pr. m.*) hymeneae ades .o. hymeneae *T* Hymen ohymenee (-ne *G*) hy(i *O*)men ades o hymenee *V* ‖ 11 Puelle *add in marg. g* ‖ facilis nobilis *T* ‖ 12 Aspice *O** ‖ innupte *T:* innupte que *G* [*et plerique*] innupte q̄rūt *O** ‖ meditata requirunt *T:* meditare querunt (q̄rt *O*) *V* [meditata req̄runt *D*] (*glossarium balliolense* 'requirunt · in memoriam reuocant') ‖ 13 habent] hn̄t *G* hūc *O* (*male intellegens quod G bene seruauit*) ‖ memora psile *T* ‖ quod] q, *V*, *inde* qd' *g* (q, *et* qd' = quod) ‖ 14 *habet T solus: om V, recepit primus ex ipso, ut uidetur, T Muretus a. 1554. conieci* Ni mirum ‖ laborent *Vossius* ‖ 15 Non *T* ‖ diuisimus (*sscr* al' diuidamus *manus recentior*, *neque G*[1] *neque g*) *G* dimisimus *ω* ‖ 17 nunc *T:* nō *V* ‖ conuertite *T multis probatum* ‖ 18 incipiaent *T* ‖ 19 hymeneae *T* ‖ hymeneae *T* ‖ 20 Puelle *add in marg. g* ‖ quis *T Baehrensius* (*item u. 26*) ‖ [caelo potuit *AL*, *et in marg.* at fertur *corr L*] ‖ 21 cō(9 *O*)plexu *V* ‖ conplexua uel[l]ere *T* ‖ amatris *O** ‖ 22 Con plexu *T* Complexu *V* ‖ auelle *T* natae — matrem *Gronovius* ‖ 24 credelius *T* ‖ 25 Kymeno hymeneę Kymenades .o. Kymeneę *T* ‖ 26 Iuuenes *add in marg. g* ‖ quis *T* ‖ iucundior *T* ‖ 27 fines *T* ‖ connubia *V* ‖ flama *G* ‖ 28 Quo *V* ‖ uir *T* ‖ 29 uinxere *O*

Quid datur a diuis felici optatius hora?
Hymen o Hymenaee, Hymen ades o Hymenaee.

Hesperus e nobis, aequal*i*s, abstulit unam

*

Namque tuo aduentu uigilat custodia semper.
Nocte latent fures, quos idem saepe reuertens,
Hespere, mutato comprendis nomine eosdem.
At *lu*bet innuptis ficto te carpere questu.
Quid tum, si carpunt tacita qu*e*m mente requirunt?
Hymen o Hymenaee, Hymen ades o Hymenaee.

Vt flos in saeptis secretus nascitur hortis,
Ignotus pecori, nullo con*uol*sus aratro,
Quem mulcent aurae, firmat sol, educat imber

. . . .

(Multi illum pueri, multae optauere puellae:
Idem cum tenui carptus defloruit ungui,
Nulli illum pueri, nullae optauere puellae),
Sic uirgo, dum intacta manet, *d*um cara suis e*st*:
Cum castum amisit polluto corpore florem,
Nec pueris iocunda manet nec cara puellis.
Hymen o Hymenaee, Hymen ades o Hymenaee.

Vt uidua in nudo uitis quae nascitur aruo
Numquam se extollit, numquam mitem educat uuam,
Sed tenerum prono deflectens pondere corpus

---

30 a *om T* ‖ 31 Kymeno Kymeneae Kymenades o Kymeneę *T* ‖ 32 Puelle *add in marg. g* ‖ ęqualis *T:* equales *V*, *inde* m *littera superscripta et* s *expuncta fecit* equalem *g* [equalem *CDHΛ*] ‖ '*post h. u. aliqui desunt*' *Auantius: in libris interstitium nullum* ‖ 34 saepe] mane *Froehlichius* ‖ 35 9p̄ndis *O* [comprendis *DLΛ*]: cōprehendis *G*[*BCH*], *inde fecit* cōprendis *g*, comperendis *T* deprendis *Baehrensius* ‖ eospem *T* Eous *Schrader speciosissime* ‖ 36 At libet *V* Adlucet *T* ‖ 37 Quittum *T* Quod (Qd' *O*) tam̄ (tn̄ *O*) *V*, *sscr* al' qd *g* ‖ carpiunt *T* ‖ quema *T* quam *V* ‖ 38 Kymeno Kymeneae Kymenales Kymeno Kymeneę *T* ‖ 39 Puelle *in marg. add g* ‖ flos qui (si *Baehrensius*) in *Spengelius* ‖ inseptis *VT* ‖ ortis *V* ‖ 40 conuolsus *T:* 9clusus *O idemque ueri simillimum est prius fuisse in G indeque fecisse* contusus *g* [contusus *ceteri codices*] ‖ 41 Quaemulcens aure firma *T* ‖ ymber *G* ‖ *post* 41 *unius uersus lacunam indicauit Spengelius* ‖ 42 obtauere *T* ‖ 43 *et* 44 *om OT* [*Dresd. Laur. 33, 12*]: *habet G* [*et ceteri codices*] ‖ 45 *Quintil. inst. or. 9, 3, 16* Catullus in epithalamio 'dum innupta manet, dum cara suis est', cum prius 'dum' significet 'quoad', sequens 'usque eo'. ‖ tum cara *VT* ‖ sui . sed (sȝ *O*) *V* ‖ iucunda *T* ‖ 48 Kymeneo Kymeneę Kymenades Kymeneę *T* ‖ 49 Iuuenes *in marg. add g* ‖ Et *T* ‖ 50 Nunquam *G bis* ‖ extollit quā mun[i]teamducatuuā *T* ‖ uitem *O** ‖ 51 per flectens *T*

Iam iam contingit summum radice flagellum
(Hanc nulli agricolae, nulli coluere iuuenci:
At si forte eadem est ulmo coniuncta marito,
Multi illam agricolae, multi *c*oluere iuuenci),
Sic uirgo, dum intacta manet, dum inculta senescit:
Cum par co*n*ubium maturo tempore adepta est,
C*a*ra uiro magis et minus est inuisa parenti.
58b *Hymen o Hymenaee, Hymen ades o Hymenaee.*

*A*t tu *n*e pugna cum tali coniuge, uirgo,
Non aequo*m* est pugnare, pater cui tradidit ipse,
Ipse pater cum matre, quibus parere necesse est.
Virginitas non tota tua est, ex parte parentum est:
Tertia pars patris*t*, *p*ars est data tertia matri,
Tertia sola tua est. noli pugnare duobus,
Qui genero sua iura simul cum dote dederunt.
Hymen o Hymenaee, Hymen ades o Hymenaee.

63 Super alta uectus A*t*tis celer*i* rate maria
Phrygium ut nemus citato cupide pede tetigit
Adiitque opaca siluis redimita lo*c*a deae,

---

52 flacellum *T* ‖ 53 Han^{c}nulli a grigcul[l]ę multi acoluere *T* ‖ co*luere (*fuerat* colluere) *G* ‖ iuuenci *V* (*in O fuerat prius, ut uidetur*, iuuenti) *T*, bubulci (*item u. 55*) *Riesius* ‖ 54 Apsi *T* ‖ est ulmo] *quinque priores litterae in rasura G, correxit nescio quem errorem G*[1], *add quaedam g* ‖ marita *T* maritae *Heinsius* ‖ 55 agriculę *T* ‖ accoluere *V* acoluere *T* (*cf. u. 53*) multei coluere *Hauptius* ‖ inūeci (*littera paenultima prius fuerat* t) *O* ‖ 56 tum inculta *T* ‖ 57 connubium *V* ‖ 58 Cura *VT* ‖ uiro] suis *Baehrensius* ‖ 58b *add Muretus: om VT* ‖ 59 *in stropha ultima (59—66) ueri simile est uersum amissum esse* ‖ Et tu (tua *T*) nec *VT* ‖ 60 equom *T* equo *V* ‖ 61 ncc̃ẽ *O** ‖ 62 *om T* ‖ 63 Tercia pars patri ē data tercia matri *O** Tertia patris pars .ē. data tertia matri *T* Tercia pars patri data pars data tercia matri *G* [*et celeri libri*] patrist (*ex* patris *T*) *Hauptius* patris est *Muretus* patri, pars est data *Auantius*. *u. 63 del. Schoellius* ‖ 64 Tercia *V* ‖ solit tu est noli tuignare duobus *T*. *an* tuast? ‖ 66 Kymeno Kymeneę Kymenades .o. Kymeneae *T* ades o hymene *G**

63 *cum carmine praecedente sine interstitio cohaeret in O, in unius uersus interstitio titulum* De Berecinthia et Athi *add g* [*ut in G, sic in plerisque*] ‖ 1 *Terentian. Maur. 2899* Seruasse quae Catullum probat ipse tibi liber 'Super — maria', *Mar. Victorinus 154, 23 K* hoc genus metri maxime desiderat separari in duas clausulas, tamquam 'Super — Attis' dehinc 'celeri — maria' ‖ uetus *O** ‖ actis *V* [athis *ADHL*] ‖ celere *V* celerei *Baehrensius* ‖ 2 *h. u. bis citauit Caesius Bassus p. 262, 13 et 263, 7 K.* Et Catullus 'Phrygium nemus citato (cito *p. 262*) cupide pede (pede *om p. 262*) tetigit' ‖ Frigium *V* ‖ ut *bis om Cassius Bassus* ‖ 3 Rheae *Luc. Mueller*

Stimulatus *i*bi furenti rabie, uagus a*nimi*
Deuol*s*it ile*i* acuto sibi ponder*a* silic*e*.
Itaque ut relicta sensit sibi membra sine uiro,
Etiam recente terrae sola sanguine macula*ns*
Niueis citata cepit manibus leue t*y*panum,
T*y*panum tu*o*m, Cybe*b*e, tu*a*, mater, initia,
Quatiensq*ue* terga taur*ei* teneris caua digitis
Canere haec suis adorta est tremebunda comitibus.
'Agite ite ad alta, Gallae, Cybeles nemora simul,
Simul ite, dindymenae dominae uaga pecora,
Aliena quae petentes uelut exules loc*a*
Sectam meam executae duce me mihi comites
Rapidum salum tulistis truculentaque pelag*e*
Et corpus euirastis Veneris nimio odio,
Hilarate *erae* citatis erroribus *a*nimum.
Mora tarda mente cedat: simul ite, sequimini
Phrygiam ad domum Cybe*b*es, phrygia ad nemora deae,
Vbi cymbalum sonat uox, ubi tympana reboant,
Tibicen ubi canit phryx curuo graue calamo,
Vbi capita maenades ui iaciunt *e*derigerae,
Vbi sacra sancta acutis ululatibus agitant,
Vbi sueuit illa diuae uolitare uaga cohors,
Quo nos decet citatis celerare tripudiis.'

---

4 ubi *V* || amnis (ãnis *O*) *V* animis *ω* || 5 Deuoluit *V*, *corr Hauptius* || ilei *Bergkius:* iletas *V* ile *Lachmannus* || pondera silice *Auantius:* pondere silices *V* ile acuto sibi rodere silicis *Hauptius* illa acuto sibi pondere silicis *olim uulgo* icta acuto *Statius* || 7 Et iam *V* || maculas *V* || 8 ty(i *O*)mpanum *V*, *corr Scaliger* || 8. 12 *cf. infra fragm. 5* || 9 Timpanum *V* (*inde fecit* Tymp. *g*), *corr Scaliger* || tuom, Cybebe, *Lachmannus:* tubam cibeles *V* ac typum Cybebes *Munro*. Cybelle *olim uulgo* || tu *V* || mat' *O**, *h. e.* = matri, *quod item abbreuiatur 62, 63* (mater *per abbreuiationem in O scribitur* maт̄: *sic 35, 18. 39, 5. 64, 23. 403. 84, 5. 89, 1*) || 10 Quat(c *G*)iens q' (= quod) *V* || tauri 7 (= et) *V*, *corr Lachmannus.* tauri *ω* || 11 fremebunda *Muretus* || 12 cibel(ll *O*)es *V* || 13 dindimene *V*, *add in fine* e *alteram g* || pectora *V*, *corr Itali.* uaga pectora dominae *Ahlwardtius* ad dominae u. pecora *Ramler* || 14 Alienaqꝫ *V* || loca celeri *V*, *corr Guarinus*. *fortasse* petentes celere uelut exules || 15 secutae *Bergkius* || me m (i supra) *V* || 16 Rabidum *Bergkius* || pelagi *V* *corr Victorius* || 17 euirastis *G*[*D*]: euitastis *O* [*et plerique*] [euitastis *et in marg.* al euirastis *L*] || 18 Hylarate *G* || erae citatis *Auantius:* erocitatis *O** crocitatis *G* [*ACD*, crocitatis *et in marg.* al é recitatis *L* ere citatis *Laur. 33, 12.* execitatis *BAP*] aere citatis *uel* concitatis *ω* io citatis *Baehrensius* || an animum *V* || 19 cedat] *sscr* al' cedit *g* || te *O** || 20 Frigiã *V* || cibel(ll *O*)es *V* || phrigia *V* || Rheae *Luc. Mueller* || 22 Tibicen *V*, *inde fecit* Tybicen *g* || phrix *V* || 23 menade sui *V* || ei derigere *V*

Simul haec comitibus Attis cecinit notha mulier,
Thiasus repente linguis trepidantibus ululat,
Leue tympanum remugit, caua cymbala recrepant,
Viridem citus adit Idam properante pede chorus.
Furibunda simul anhelans uaga uadit animam agens
Comitata tympano Attis per opaca nemora dux,
Veluti iuuenca uitans onus indomita iugi:
Rapidae ducem secuntur Gallae properipedem.
Itaque, ut domum Cybebes tetigere lassulae,
Nimio e labore somnum capiunt sine Cerere.
Piger his labante langore oculos sopor operit:
Abit in quiete molli rabidus furor animi.
Sed ubi oris aurei Sol radiantibus oculis
Lustrauit aethera album, sola dura, mare ferum,
Pepulitque noctis umbras uegetis sonipedibus,
Ibi Somnus excitam Attin fugiens citus abiit:
Trepidante eum recepit dea Pasithea sinu.
Ita de quiete molli rapida sine rabie
Simul ipsa pectore Attis sua facta recoluit,
Liquidaque mente uidit sine queis ubique foret,
Animo aestuante rusum reditum ad uada tetulit.
Ibi maria uasta uisens lacrimantibus oculis
Patriam allocuta maestast ita uoce miseritus.

---

27 atris *V* [atris *et in marg.* al athis *L*] ‖ nota mulier *G* ^mulies notha *O** ‖ 28 Thy^siis (a *add G*[1]) *G* [Thiasiis *BLΔ*] Thiasis *O**[*P*] ‖ strepitantibus *Vossius* ‖ 30 ydam *G* ‖ pperāte *G:* pprāte *O* ‖ 31 anelans *G**[*D*] ‖ animam agens *Lachmannus:* animagēs *O* anima gēs *G* (*sed* nima gēs *non G*[1], *sed g scripsit, praeterea* nima *sunt in rasura: G*[1] *eadem abbreuiata scripsisse uidetur sic:* aīa gēs). animo (-mi, -mae) egens *alii* ‖ 32 actis *V* ‖ oppaça *O** ‖ 33 luci *V* ‖ 34 Rapide *V quod seruari possit.* Rabidae *Bentleius* ‖ secuntur *O**[*B*]: sequntur *G** [sequuntur *plerique*] ‖ propere pedem *V*, *corr Balth. Venator* ‖ 35 ut .pe. domum (*puncta sunt m. pr.*) *G** ‖ cibel(ll *O*)es *G* ‖ lasulle *O** ‖ 37 hiis *O** ‖ labante (a *posterior in rasura, fuerat antea* e, *corr iam G*[1]) *G* ‖ 38 Abit *O**: Abiit *G* [*et plerique*] ‖ mollis *V*. *Festus p. 273 M.* Ra⟨*bidus a rabie dictus, qui morbus caninus est.*⟩ Catullus ⟨*in galliambis* '*Abit in quiete mol*⟩li rabidus ⟨*furor animi*⟩ ‖ 39 horis aureis *V* ‖ 40 sol ādura *V* ‖ 42 sonus *O* sōnus (*utrum G*[1] *an g lineolam superne addiderit incertum est, ueri similius mihi uidebatur eam esse pr. m.*) *G* ‖ excitum *V*, *corr Lachmannus* ‖ 43 cum *V* quem *Bentleius* ‖ pasitheo *V* ‖ 45 ipse *V* ‖ attis *G**: atris *O** [athis *plerique*] ‖ 46 sineqꝫ is *O** sineqꝫ his *G* [*et plerique*] ‖ 47 estuanter usum *V*, *corr Victorius* ‖ retulit *V* ‖ 49 allocuta (alocuta *G**, *corr g*) est ita uoce miseritus (*sscr* al' miseriter *g*) maiestas (magestates *O**) *V*, *corr Auantius* miseriter *recipiens, ego* miseritus (*quod item est aduerbium*) *seruare malui* [miseritus *BΔP Vatic. 1630* miseriter *CDHL*]

'Patria o mei creatrix, patria o mea genetrix,
Ego quam miser*a* relinquens, dominos ut herifugae
Famuli solent, ad Idae tetuli nemora pedem,
Vt *a*put niuem et ferarum gelida stabula forem
Et earum omnia adirem furibunda latibula,
Vbinam aut quibus locis te positam, patria, reor?
Cupit ipsa p*u*pula a*d* te sibi dirigere aciem,
Rabie fera carens dum breue tempus animus est.
Egone a mea remota haec ferar in nemora domo?
Patria bonis amicis genitoribus abero?
Abero foro palaestra stadio et gum*in*asiis?
Miser a miser, querendum est etiam atque etiam, anime.
Quod enim genus figuraest ego non qu*o*d *o*bierim?
Ego mulier, ego adolescens, ego ephebus, ego puer,
Ego gymnas*i* fui flos, ego eram decus olei:
Mihi ianuae frequentes, mihi limina tepida,
Mihi floridis co*ro*llis redimita domus erat,
Li*n*quendum ubi esset orto mihi sol*e* cubiculum.
Ego n*un*c deum ministra et Cybeles famula fera*r*?
Ego maenas, ego mei pars, ego uir sterilis ero?
Ego uiridis algida Idae n*iu*e amicta loca colam?
Ego uitam agam sub altis Phrygiae colum*i*nibus,
Vbi cerua siluicultrix, ubi aper nemoriuagus?
Iam iam dolet quod egi, iam iamque paenitet.'

---

50 mea creatrix *ω* ‖ genetrix (e *posterior superne adrasa, sed fuerat et est* e) *G* [*D*]: genitrix *O* [*CHLΛ*] ‖ 51 miser *V, corr Froehlichius* ‖ heri fuge (*pro* h *fuerat* u, *corr G*¹) *G* ‖ 52 yde *G* ‖ tetuli *O*:* retuli *G* [*et plerique*] ‖ memora *O** ‖ 53 Vt caput *V* ‖ stabilia *O** stabilla (*sed fuerat antea* stabilia*: utra manus correxerit, prima an g, non satis certum est, ego attribuerim correcturam primae*) *G** [*C*, stabila *BΛ*, stabula *plerique*] ‖ 54 omnia] omissa *Heysius* amica *Muretus* operta *uel* opaca *Luc. Mueller* ad omnia irem *Auantius* ‖ 55 patriam (*sed corr ipsa m. pr.*) *O** ‖ 56 popula atte *V* ‖ 58 Ego ne amea *V* ‖ ferar (*fuerat* fera!) *G* ‖ 60 guminasiis *Ellisius:* gūmasiis *O* gynnastis (*nisi fallor*) *G**, *inde fecit* gymnasiis *g* [gy(i)nnasiis *BD* gymnasiis *plerique*] ‖ 61 ha *O* h *G* ‖ 62 figura est *V* ‖ quid abierim *V* quod habuerim *Scaliger* nunc quod obierim *Handius* ‖ 63 muliēs *O** Ego puber *Scaliger* Ego iuuenis *Rossbergius* ‖ 64 gimnasti *V* ‖ sui *G** [*D*] ‖ *post* flos *maiorem, post* olei *minorem interpunctionem posuit Wilamowitzius* ‖ oley *V* ‖ 65. 66. 67 Michi *quater G* Michi *bis*, m (i) *bis O* ‖ 66 circulis *V* [circulis *et in marg.* al curulis *L*] ‖ 67 Liquendum *V* ‖ solo *V* ‖ 68 Ego nec *V*, *corr Santenius* ‖ de*um (*fortasse* c *littera erasa*, *cf. ad 66, 63*) *G* Rheae *Luc. Mueller* deae *Riesius* ‖ ministtra *O** ‖ cibeles *G* cibellos *O** ‖ ferarum *V* ‖ 70 i(y *G*)denene *V* ‖ 71 ph(f *O*)rigie *V* ‖ colūnibus *V* ‖ 72 silui cultrix *V* ‖ apex *O** ‖ nemori uagus *V*

Roseis ut h*i*c labellis son*us* *ed*itus adiit
† Geminas deorum ad auris noua nuntia referens,
*I*bi iuncta iuga resoluens Cybele leonibus
Laeuumque pe*c*oris hostem stimulans ita loquitur.
'Agedum' inquit 'age ferox *i*, fac ut hunc furor *agitet*,
Fac ut*i* furoris ict*u* reditum in nemora ferat,
Mea libere nimis qui fugere imperia cupit.
Age caede terga cauda, tua uer*b*era patere,
Fac cuncta mugienti fremitu loca retonent,
Rutilam ferox torosa ceruice quate iubam.'
Ait haec minax Cybe*b*e religatque iuga manu.
Ferus ipse sese adhorta*ns* rapidum incitat animo,
Vadit fremit refringit uirgulta pede uago.
At ubi humida albicantis loca litoris adiit
Tener*a*mque uidit Attin prope marmor*a* pelag*i*,
F*a*cit impetum: ill*a* demens fugit in nemora fera:
Ibi semper omne uitae spatium famula fuit.
Dea magna, dea Cybe*b*e, dea domina Dindymei,
Procul a mea tuo*s* sit furor omnis, era, domo:
Alios age incitatos, alios age ra*b*idos.

---

74 hic (*uel* huic) *ω*: hinc *V* ‖ sonus editus *Froehlichius*: sonitus *V* sonitus citus *Bentleius* huic l. sonitus abiit celer (celer abiit *Heysius*) *Lachmannus* palam sonitus abiit *ω* ‖ 75 deorum *V*: matris *Lachmannus ueri simillime*, Matris deorum ad aures *Ahlwardtius* ‖ adauris *O** ad aures *G* ‖ nuncia *V* ‖ 76 Vbi *V* ‖ *utrum* iuncta *an* uincta *in G et O legendum sit ex litterarum ductibus non constat, sed in utroque codice uirgulis additis lectio* iuncta *commendatur* ‖ cibel(ll *O*)e *V* ‖ 77 Lenumque *O** ‖ pectoris *V* ‖ hostem stimulans] *in G* m *prior in rasura, in litt.* sti *corr quaedam g*, *quid fuerit incertum. in O super* m *posteriore rasurula* ‖ 78 Age dum *V* ‖ inqd *O* ‖ 78 i *add Scaliger: om V. an* fac, fac? ‖ face *ω* ‖ agitet *add editio cantabrigiensis a. 1702: om V.* ut icat hunc furor *Froehlichius* ‖ 79 Face *ω* ‖ ut *V*, *corr Lachmannus* ‖ ictum *V* ui furoris ictus *Baehrensius* ‖ 81 A cede (*sscr* al' age cede *g*) *G** ‖ terga *O**: tergo *G* ‖ uerbera] ue4 uera (= uerum uera) *V* ‖ 82 Face *ω* ‖ cunta *G* ‖ 84 cibel(ll *O*)e *V* ‖ regligatque *O** ‖ 85 adhorta lis (*sed in litteris extremis quaedam corr g, fuerat antea* adhorta la [*uel* lu], *nisi fallor*) *G* adortal' (= adortalis) *O* [adorta lis *CHLΛP*] ‖ *an* rabidum? rapidum — animum *ω* ‖ 87 bumida *O** ‖ litioris *O** ‖ 88 Tenerumque *V*, *corr Lachmannus* ‖ marmorea pelago *V* ‖ 89 Ficit *O** Fecit *G* ‖ ille *V*, *corr Lachmannus* ‖ 90 omne] ēē *O** ‖ famul*a (l *erasa*) *G* ‖ 91 cibel(ll *O*)e *V* ‖ dindimei *V*, *inde* dindimenei *fecit g** Didymi dea domina *Scaliger* domna *ω* ‖ 92 tuo *V* tuus *ω* ‖ era *O**: hera *G* ‖ 93 rapidos *V*

64 Pe*li*aco quondam prognatae uertice pinus
Dicuntur liquidas Neptuni nasse per undas
Phasidos ad fluctus et fines *ae*ete*o*s,
Cum lecti iuuenes, argiuae robora pu*b*is,
Auratam optantes Colchis auertere pellem
Ausi sunt uada salsa cita decurrere puppi
Caerula uerrentes abiegnis·aequora palmis.
Diua quibus retinens in summis urbibus arces
Ipsa leui fecit uolitantem flamine currum
Pinea coniungens inflexae texta carinae.
Illa rudem cursu prim*a* imbuit Amphitrite*n*.
Quae simul ac rostro uentosum proscidit aequor
To*r*taque remigio spumis incanduit unda,
Emersere f*r*eti candenti e gurgite uultus
Aequoreae monstrum Nereides admirantes.
Illa † atque alia uider*unt* luce marinas
Mortales oculis nudato corpore nymphas
Nutricum tenus extantes e gurgite cano.

---

64 *Vnius uersus interstitium in V: inseruit* Argonautia *g. Hoc carmen Lygdamus apud Tibullum 3, 6, 41 respexit:* Sic cecinit pro te doctus, Minoi, Catullus Ingrati referens impia facta uiri || 1 Pelliaco *V. Marius Victorinus p. 125, 6 K.* ueluti 'Peliaco — pinus' || 2 neptūni *G* || 3 Fascidicos (*sscr* al' phasidos *g*) *G* Fasidicos *O* || ceticos *O* [*A Laur. 33, 12*] al' tetidicos *add in marg. O* oeticos *G* [*ACHL*], *corr Hauptius post Italorum* Aeetaeos. *an* aeetios*?* || 4 pupis *O* puppis (*ultima littera adrasa*) *G* || 5 cholchis *O* || 6 ualda salsa (*sscr* uada) *O* || decurē pupi *O* || 7 uerētes *V*, *supra add* r *alteram g* || abiegnis (*in tertia littera est correctura, fuerat* r, *corr G¹*) *G* || 9 uolitantem (*ex* uolūtatē *correctum*) *O* || currum] *totum uocabulum praeter ultimam lineolam in rasura scripsit G¹* || 10 testa *G* || 11 pmam (= primam) *G* p9ēā *et in marg.* ˣprorā) *O**: *scriptura in textu O, quae proprie significat* post eam, *nata uidetur male intellecto compendio* p, *quale est in G: quo facto ex* post mam *scriba interpolauit* post eam, *denique sensu loci seductus idem addidit in marg. illud* proram, *quasi id reponendum esset. alibi scriba libri Oxoniensis sigla* p̄ et p9 (prae *et* post) *inter se confudit, cf. ad 64, 145. 153. 194.* || amphitritem *G* aphitritē (*uirgula ultimae litterae superscripta certo adgnoscitur, quamquam atramentum paene euanuit*) *O* || rudi — primam *Statius* proram — Amphitrite *Ellisius* || 12 procidit (*inde corr* proscidit *g*) *V** [proscidit *ceteri boni libri*] || 13 Totaque *V* Motaque *Baehrensius* || incanduit (d *littera lineola expuncta, ut uidetur*) *O** incanuit *ω* || 14 freti *Schrader:* feri *V* fero *idem Schrader* fero candentis g. *Baehrensius* || canenti *ω* || 15 Eq̊re mōstrū *et in marg.* al' mōstro₄ *O* || āmirantes *O* || 16 atque *om O** Illa atque (*uel* Illaque) haud alia *ω* Illac hautque alia *ego* Illa si qua alia *Lachmannus* Illac atque alia *Statius* Atque illa uidere beata luce *Baehrensius* Illa felici uiderunt *Riesius* || uidere *V* || 17 oculi *ω*

Tum Thetidis Peleus incensus fertur amore,
*T*um Thetis humanos non despexit hymenaeos,
*T*um Thetidi pater ipse iugandum Pelea sensit.
O nimis optato saeclorum tempore nati
Heroes, saluete, deum genus, o bona matr*um*
23b *Progenies, saluete iterum* . . . .
Vos ego saepe meo uos carmine compellabo,
Teque adeo eximie taedis felicibus aucte
Thessaliae columen Peleu, cui Iupiter ipse,
Ipse suos diuum genitor concessit amores.
Tene Thetis tenuit pulcerrima N*e*r*e*ine?
Tene suam *Tethy*s concessit ducere neptem
Oceanusque, mari totum qui amplectitur orbem?
Quae simul optat*ae* finito tempore luces
Ad*u*en*e*re, domum conuentu tota frequentat
Thessalia, oppletur laetanti regia coetu:
Dona ferunt prae se, declarant gaudia uultu.
Deseritur *Cie*ros, linqunt phthiotica tempe
*C*ra*n*nonisque domos ac *mo*en*i*a larisaea,
Pharsal*um* coeunt, pharsalia tecta frequentant.
Rura colit nemo, mollescunt colla iuuencis,
Non humilis curuis purgatur uinea rastris,
41 Non falx attenuat frondatorum arboris umbram,
40 Non glaebam prono conuellit uomere taurus,
Squalida desertis rubigo infertur aratris.

---

19 Cum *O** ‖ 20 Cum *V* ‖ 21 Cum *V* ‖ sanxit *ω* ‖ 22 seculorum *V* ‖ 23 mater (*sscr* al' matre *g*) *V* [matre *Laur. 33, 12*] marte *Baehrensius* matrum *scholiasta ueronensis in Verg. aen. 5, 80 p. 94, 11 Keilii, qui haec habet:* Salue sancte parens] Catullus 'saluete deum gens, o bona matrum Progenies, saluete iter . . .' *inde uersus 23b, quem om V, fragmentum est adsumptum.* placidique fauete *suppleuit Luc. Mueller,* saluete precanti *Hauptius* saluete iterum, saluete bonarum *Peerlkampius* saluete iterum mihi, terrenarum *Maehlius* ‖ 24 meo post *Bergkius probabiliter* ‖ 25 tedis *O*:* thetis *G* ‖ 26 Thesalie *O* Thessalie (*sic corr g, fuerat antea* Te ſalie) *G* ‖ 28 pulc^s^ima (= pulcerima) *O** pulcherrima *G* ‖ nectine (*add in marg.* al' neptine *g*) *V, corr Hauptius.* Neptunine *ω* ‖ 29 thetis *V* ‖ 30 Occeanusqз *V* ‖ 31 Queis *Luc. Mueller probabiliter* ‖ optato *V* ‖ finite *O*, hinc* optato finitae *Ellisius* ‖ 32 Adlenire *V* ‖ 33 Thesalia *O* Tesalia (*inde* Tessalia *g*) *G** ‖ oppl'etur *O** ‖ cetu (*inde* cętu *g*) *V* ‖ 35 si(y *G*)ros *V, corr Meinekius.* Scyros *ω* ‖ linqunt *V, inde* linquunt *g* ‖ pthy(pti *O*)otica *V* ‖ 36 Grauinonisqз *O* Graiunonisqз (*sed m. pr. incertum reliquerat utrum* ui *an* iu *legendum esset, hoc* iu *uirgula addita restituit g*) *G*, corr Victorius* ‖ ac nicenis alacrisea (alacrissea *O**) *V* ‖ 37 Farsaliam *V, corr Pontanus* ‖ farsalia *V* ‖ 40. 41 *V, transposuit Ramler. 38—42 alii aliter transposuerunt* ‖ 40 glebam *V*

Ipsius *at* sedes, quacumque opulenta recessit
Regia, fulgenti splendent auro atque argento.
Candet ebur soliis, collucent pocula mensae,
Tota domus gaudet regali splendida gaza.
Puluinar uero diuae geniale locatur
Sedibus in mediis, indo quod dente politum
Tincta tegit roseo conchyli purpura fuco.
Haec uestis priscis hominum uariata figuris
Heroum mira uirtutes indicat arte.
Namque fluentisono prospectans litore Dia*e*
Thesea cedentem celeri cum classe tuetur
Indomitos in corde gerens *A*ria*d*na furores,
Necdum etiam sese quae *uisit* uise*re* credit,
Vt pote fallaci quae tum primum excita somno
Desertam in sola miseram se cernat harena.
Immemor at iuuenis fugiens pellit uada remis,
Irrita uentosae linquens promissa procellae.
Quem procul ex alga maestis Minois ocellis
Saxea ut effigies bacchantis prospicit, *eheu*,
Prospicit et magnis curarum fluctuat undis,
Non flauo retinens subtilem uertice mitram,
Non contecta leui *nud*atum pectus amictu,
Non tereti strophio lactentis uincta papillas,
Omnia quae toto delaps*a* e corpore passim
Ipsius ante pedes fluctus salis adludebant.
S*ed* neque tum mitrae neque tum fluitantis amictus
Illa uicem curans toto ex te pectore, Theseu,
Toto animo, tota pendebat perdita mente.

---

43 ad *V* ‖ quacūqȝ *V* ‖ oppulenta *O** ‖ 47 Pluuinar *O** ‖ 48 Aedibus *Guarinus* ‖ 49 conchili *V* ‖ suco *ω* ‖ 50 Hec (*sed* ę *fecit g*) *V* ‖ 52 fluenti sono *O* fluentinoso sono (*omnia a G*[1]) *G** e fluctisono *Maehlius* ‖ littore *O* ‖ dia *O* dya *G* ‖ 53 Tesea *O** ‖ 54 Indomites *O** ‖ adriana *V* ‖ 55 eciam *G* 7 *O* ‖ seseqȝ sui tui se credit *V*, *corr Vossius* ‖ 56 fallaciqȝ *V**, *inde* fallaci q̄ *g* ‖ tūc *O** ‖ sōpno *O* ‖ 57 arena *G* ‖ 60 acta *Heinsius* ‖ 61 Saxa (*inde* Saxea *g*) *V** ‖ bachantis *V* ‖ heue *V*, *corr Bergkius* eu(h)oe *ω* ‖ 62 et ** magnis (e *est dextrorsum adrasa, num* t *in rasura sit dubium est, post* t *duarum uniusue litterarum rasura: quid antea fuerit incertum*) *G* 9magnis (*ex confusione notarum* 9 = con *et* 7 = et) *O* ‖ 64 9tēta (= contenta) *O** ‖ uelatum *V*, *quod correxi.* niueum per *Maehlius* ‖ 65 *Isidorus origin. 19*, *33* strophium . . . de quo ait Cinna 'strophio lactantes cincta papillas' ‖ luctantes *Muretus* ‖ 66 delapsa e *ω*: delapse *O** delapso *G* [*D*, delapse e *L* delapso e *ABCHΔ*] ‖ 67 adludebant *O**: alludebant *G* ‖ 68 Sed neque *ω* (Set *Lachmannus*): Sineque *V* ‖ tum — tum *G*: tū̄ — tū *O** ‖ 69 te *om O*

A misera, assiduis quam luctibus externauit
Spinosas Erycina serens in pectore curas
Illa tempestate, † feroxque et tempore Theseus
Egressus curuis e litoribus Piraei
Attigit iniusti regis *g*ortynia tecta.
Nam perhibent olim crudeli peste coactam
*A*ndroge*o*neae poenas exoluere caedis
Electos iuuenes simul et decus innuptarum
Cecropiam solitam esse dapem dare Minotauro.
Quis angusta malis cum moenia uexarentur,
Ipse suum Theseus pro caris corpus Athenis
Proicere optauit potius quam talia Cretam
Funera Cecropiae nec funera portarentur.
Atque ita naue leui nitens ac lenibus auris
Magnanimum ad Minoa uenit sedesque superbas.
Hunc simulac cupido conspexit lumine uirgo
Regia, quam suauis expirans castus odores
Lectulus in molli complexu matris alebat,
Quales Euro*ta*e p*ro*gignunt flumina myrtos
Auraue distinctos educit uerna colores,
Non prius ex illo flagrantia declinauit
Lumina quam cuncto concepit corpore flammam
Funditus atque imis exarsit tota medullis.
Heu misere exagitans immiti corde furores
Sancte puer, curis hominum qui gaudia misces,
Qu*ae*que regis *G*ol*g*os quaeque Idalium frondosum,
Qualibus incensam iactastis mente puellam
Fluctibus in flauo saepe hospite suspirantem!

---

71. 72 *Nonius 108, 12* 'Externauit' ut consternauit, id est dementem fecit. Catullus (Catulus *libri*) 'A misera adsiduis quam luctibus externauit Spinosas Erycina serens (ferens *libri*) in pectore curas' ‖ 71 Ah *G* Ha *O** ‖ 72 ericina *V* ‖ impectore *O** ‖ 73 ferox qua (quom *Ritschelius*) robore *Froehlichius* ferox quo (*uel* quo ex) tempore *ω* ‖ 74 *in* piraei *diphthongum* ae *seruauit V* ‖ 75 inuisi *Heinsius* ‖ cortinia tempta (tēpta *O*) *V* [tenta *ADL*] templa *ω* ‖ 77 Cum androgeanee (-ne *O**) penas *V* ‖ exsoluere *O* (*praeter hunc locum ubicumque uocabula leguntur in quibus* ex *cum stirpe a* s *littera incipiente coit — sunt sedecim loci — in V* s *extruditur*) ‖ 80 augusta *ω* ‖ inọenia *G** īcenia *O** [in cenia *Ricc. 606* incena *D*] ‖ 82 [Proicere *CDHP*]: Prohicere *O* [*BΔ*] Proiicere *G* [*AL*], *cf. ad 55, 19* ‖ 83 nec funere *Statius* sine funere *Langius* ‖ 86 conpexit *O** ‖ 88 allebat *O** ‖ 89 europe pergignunt *V* praecingunt *Baehrensius* ‖ mirtos *O* [*B Laur. 33, 12 Vatic. 1630*]: mirtus *G* [*CDHLΔ*] ‖ 92 pectore *ω* ‖ flamam *G* ‖ 94 īmiti *O* ī miti *G* in miti *ω* ‖ corda furore *Ramler* ‖ 96 Qꝫ neqꝫ *O** Q uiqꝫ *G* ‖ colchos *G* cholcos *O** ‖ quaeque] q̄ꝫ *O* ‖ id alium *O* ydalium *G*

Quantos illa tulit languenti corde timores!
Qua*m* *tum* saepe magis fulgore expalluit auri,
Cum saeuum cupiens contra contendere monstrum
Aut mortem appeteret Theseus aut praemia laudis.
Non ingrata tamen frustra munuscula diuis
Promittens tacito succe*p*it uota labello.
Nam uelut in summo quatientem brachia Tauro
Quercum aut co*n*igeram sudanti cortice pinum
Indomitus turbo contorquens flamine robur
Eruit (illa procul radicitus exturbata
Prona cadit, † lateque cum eius obuia frangens),
Sic domito saeuum prostrauit corpore Theseus
Nequicquam uanis iactantem cornua uentis.
Inde pedem sospes multa cum laude reflexit
Errabunda regens tenui uestigia filo,
Ne lab*y*rintheis e flexibus egredientem
Tecti frustraretur inobseruabilis error.
Sed quid ego *a* primo digressus carmine plura
Commemorem, ut linquens genitoris filia uultum,
Vt consanguineae complexum, ut denique matris,
Quae misera in gnata deperdita laeta*batur*,
Omnibus his Thesei dulcem p*raeop*tar*i*t amorem,

---

99 tullit *G** ‖ 100 Quam tum *Faernus:* Quanto *V* Quantum *ω* ‖ fuluore *Ritschelius* ‖ 101 contra] c̃c̃ (*pro* cτ *i. e.* contra) *O** ‖ 102 appeteret *O* Marcilius:* oppeteret *G* [*et ceteri*] ‖ 104 succendit *V, corr Statius.* succendit tura *Froehlichius* ‖ 105 uult *O* (*cf. ad 61, 194*) ‖ 106 cornigeram *V* coniferam *Fea* ‖ fundanti *V*, inde corr* sudanti *g* [sudanti *ceteri*] nutanti uortice *ω* ‖ 107 Indomitum (*sic D et Ricc. 606*) turben *Spengelius ex Seruio ad Verg. Aen. 7, 378* Catullus 'hoc turben' dicit ut 'hoc carmen, fulmen' (*sed cf. infra fragm. 12*). Indomitus turben *Bergkius* ‖ 108 Emit *O** ‖ radicibus *ω* ‖ extirpata *ω* ‖ 109 lateqꝫ cum (cū *O*) eius (eiꝰ *O*) *V* [lateqꝫ tumieius *D*]: late qua est impetus *Lachmannus* lateque ruineis *ego, idem Birtius et Riesius* lateque et funditus *ego olim* lateque et cominus *ω* late quaecumuis *Vossius* lateque furit uis *Maduigius* lateque tumultibus *Bergkius* ‖ obuia *O:* omnia (*sscr* al' obuia *g*) *G* [omnia *et in marg.* ał obuia *L*] ‖ frangit *Riesius* ‖ 110 saeuum] taurum *ω* ‖ *post* 110 *uersum excidisse putauit Rossbachius* ‖ 111 Ne quidquam *O, cf. ad 6, 7* ‖ nauis *O** uacuis *Baehrensius* ‖ 113 Ereabunda *O** ‖ 114 laberintheis (-this *O**) *V* ‖ 115 *hunc uersum Seruius respexit cum ad Vergilii Aen. 5, 591* (Falleret indeprensus et inremeabilis error) *haec adnotaret* 'est autem uersus Catulli'; *cf. fragm. 6* ‖ 116 a *Itali:* cū *V* ‖ degressus *Baehrensius* ‖ 117 līquens (*lineolam supra* i *add g*) *G* liqns *O* ‖ 119 ingnata (īgnata *O*) *V** [ignata *plerique*, ignata *et in marg.* al' unguata *L*] ‖ 119 laetabatur *Lachmannus:* leta *V* lamentata est *Conington* lamentatur *Buecheler* luctabatur *Rossbachius* in gnata fleret (tabet *Baehrensius*) deperdita, laeta *ω* ‖ 120 hiis *O** ‖ portaret *V, corr Statius* [portaret *et in marg.* ał p̄optaret *L*]

Aut ut uecta rat*i* spumosa ad litora Diae
Venerit, aut ut eam deuincta*m* lumina somno
Liquerit inmemori discedens pectore coniunx?
Saepe illam perhibent ardenti corde furentem
Clarisonas imo fudisse ex pectore uoces,
Ac tum praeruptos triste*m* conscendere montes
Vnde aciem *in* pelagi uastos protenderet aestus,
Tum tremuli salis aduersas procurrere in undas
Mollia nudatae tollentem tegmina surae,
Atque haec extremis maestam dixisse querelis,
Frigidulos udo singultus ore cientem.
'Sicine me patriis auectam, perfide, ab *o*ris,
Perfide, deserto liquisti in litore, Theseu?
Sicine discedens neglecto numine diuum
Inmemor a deuota domum periuria portas?
Nulla*ne* res potuit crudelis flectere mentis
Consilium? tibi nulla fuit clementia praesto
Inmite ut nostri uellet mi*ser*escere pectus?
At non haec quondam blanda promissa dedisti
Voce mihi, n*on* haec misera*m* sperare iubebas,

121 ut *om O** ‖ necta *V**, *inde corr* uecta *g* [uecta *ceteri*] ‖ ratis *V*, *corr Passeratius* ‖ littora *O* ‖ Venerit *om V*, *add Lachmannus* ‖ deuincta *V* Aut ut eam dulci (*uel* placito *uel* tristi *ω* molli *Baehrensius*) deuinctam *ω* ‖ 123 in (ī *O*) memori *V*, *sscr* al' nemori *g** ‖ 125 expectore *O**: epectore *G* ‖ 126 A ctum *O* A ttum (*aut* A ctum) *G*, *corr* Ac tum *g* ‖ p̄ruptes *O** ‖ tristes *V* ‖ confendere *O** ‖ 127 in *om V*, *add ω* ‖ pre(p̄ *O*)tenderet *V* per tenderet *Baehrensius* ‖ 128 salus *O** ‖ 130 estremis *O** ‖ dixisse mestam *G* (*transponendi signa add g*) [dixisse mesta *D*] *praeter G et D nullus codex uerba transposuit* ‖ 131 tientem *O** ‖ prīs *O* (= patris, *eadem abbreuiatura est in O 17, 13. 33, 6*) ‖ auertam *V* inde* auectam *corr g* [auectam *plerique*] ‖ ab (*in G fuerat* ad, *sed G*[1] *corr*) aris *V fortasse recte*. *Ad uerba Ariadnae haec, in primis ad uu. 133 et 143, respexit Ouidius fast. 3, 469* Dicebam (memini) 'periure et perfide Theseu!' Ille abiit: eadem crimina Bacchus habet. Nunc quoque 'nulla uiro' clamabo 'femina credat': Nomine mutato caussa relata mea est. ‖ 133 in *om O** ‖ littore *O* ‖ 134 discendēs *G** ‖ negleto *O** ‖ 135 Immemor *O* ‖ ha *O** ah *G* [*DL*, ab *ABCHΔ*], *cf. ad 15, 17* ‖ 136 Nullaue res *G* Nulla ueres O ‖ crudeles flectere mentes *V*, *inde* crudelis fl. mentis *corr g* ‖ 137 clemencia *V* ‖ 138 Immite *G* ‖ mitescere *G* mirescere *O** mostri uellet mitescere *Scaliger* ‖ 139 blanda *O* [*et interpolati codices, ueluti Riccard. 2242, Harleianus 2574, Dresdensis, alii*]: nobis *G* [*et omnes praeter O libri sinceri, quorum scripturae innotuerunt*, nobis *item in textu, sed in margine* al blanda *L Paris. 8236*] non haec *pro* nobis *coniecit Statius* (*h. e.* nōh' *pro* nob') ‖ 140 michi (mi *O*) nec hec misere *V* misera *Baehrensius* ‖ 139. 140 quondam nobis pr. ded. Voce (Vane *Mitscherlichius*), mihi non haec miserae *ω* nobis pr. ded. Miti voce neque hoc (*ω*) miseram *Heysius*

Sed connubia laeta, sed optatos hymenaeos:
Quae cuncta aerii discerpunt irrita uenti.
Nunc iam nulla uiro iuranti femina credat,
Nulla uiri speret sermones esse fideles:
Quis dum aliquid cupiens animus praegestit apisci,
Nil metuunt iurare, nihil promittere parcunt:
Sed simul ac cupidae mentis satiata libido est,
Dicta nihil me*min*ere, nihil periuria curant.
Certe ego te in medio uersantem turbine leti
Eripui et potius germanum amittere creui
Quam tibi fallaci supremo in tempore deessem:
Pro quo dilaceranda feris dabor alitibusque
Praeda neque in*i*acta tumulabor mortua terra.
Quaenam te genuit sola sub rupe leaena,
Quod mare conceptum spumantibus expuit undis,
Quae Syrtis, quae Scylla rapax, quae uasta Charybdis,
Talia qui reddis pro dulci praemia uita?
Si tibi non cordi fuerant connubia nostra,
Saeua quod horrebas prisci praecepta parentis,
At tamen in uestras potuisti ducere sedes
Quae tibi iocundo famularer serua labore
Candida permulcens liquidis uestigia lymphis
Purpureaue tuum consternens ueste cubile.
Sed quid ego ignaris n*e*quicquam conquer*o*r aure*i*s

---

142 disserpunt *G* desserpunt *O** ‖ 143 Tum *V*, *corr Guarinus*. Iam iam *ω*. *cf. Ouidii locum supra ad u. 132. Ieremias iudex de Montagnone Paduanus compendio moralium auctoritatum part. IIII, libr. V* Catulus c. 8 Nulla uiro — (148) periuria curant ‖ 144 uiris *Passeratius* ‖ sermonee *O*, *corr ipsa m. pr.* ‖ fid'l' *O** (*i. e.* fidelis, *item scriptum 45, 23*) ‖ 145 pregestit apisci *G* (*sed* re *et* a *scripsit g*, *fuerat a m. pr.* adipisci. *quid pro* re *fuerit dignosci non potest*, *fortasse* er) p9gestit adipisci (*litteras* di *suppunxit et superscripsit* pro adipisci *manus altera*) *O* (*cf. ad 64, 11*) pregessit apisci (aspici) *Ieremias* ‖ 146 nichil *G* nl' *O* ‖ 147 saciata *V Ieremias* ‖ 148 nichil *G Ieremias* nl' *O* ‖ metuere *V Ieremias*, *corr Iul. Czwalina* ‖ nichil *V Ieremias* ‖ 149 lecti *O** tecti *Suessius* ‖ 150 pocius (po9 *O*, *item 100, 5*) *V* ‖ 151 falaci (*corr g*) *G** ‖ suppremo *V* ‖ dēēm *O* [dessem *H*] ‖ 152 altibusque (*corr g*) *G** ‖ 153 P9ea *O** (*proprie est* Post ea, *sed cf. ad 64, 11*) ‖ intacta *O* ī tacta *G* iniecta *ω* ‖ 156 sirtix *O** ‖ scilla *O* silla *G* ‖ rapaxqз *O* ‖ caribdis *V* ‖ 157 Taliaqз redis *O** ‖ 159 pemtis *O** ‖ 160 nostras *O** ‖ 163 *post* 160 *sequitur in O** ‖ Purpurea ue *V* ‖ cubille (*suppunxit m. pr.*) *O** ‖ 164 Si quid *V**, *ex* Si *fecit* Sз (= Sed) *g* [Sed quid *ceteri*] ‖ nec quicquam *V** [nequicquam *plerique*] ‖ conquerar *V* ‖ aures *V* (*inde* auris *corr in G*, *incertum utrum a* G^1 *an a g*, *hoc ueri similius mihi uidebatur*). aureis *Baehrensius*

Exter*n*ata malo, quae nullis sensibus auctae
Nec missas audire queunt nec reddere uoces?
Ille autem prope iam mediis uersatur in undis,
Nec quisquam apparet uacua mortalis in alga.
Sic nimis insultans extremo tempore saeua
Fors etiam nostris inuidit questibus auris.
Iupiter omnipotens, utinam ne tempore primo
Gnosia cecropiae tetigissent litora puppes,
Indomito nec dira ferens stipendia tauro
Perfidus in Creta religasset nauita funem,
Nec malus hic celans dulci crudelia forma
Consili*a in* nostris requiesset sedibus hospes!
Nam quo me referam? quali spe perdita nitor?
Id*a*eosne petam montes? a, gurgite lato
Discernens ponti truculentum ubi diuidit aequor.
An patris auxilium sperem, quemne ipsa reliqui
Respersum iuuenem fraterna caede secuta?
Coniugis an fido consoler memet amore,
Quine fugit lentos incuruans gurgite remos?
Praeterea nullo litus, sola insula, tecto,
Nec patet egressus pelagi cingentibus undis:
Nulla fugae ratio, nulla spes: omnia muta,
Omnia sunt deserta, ostentant omnia letum.
Non tamen ante mihi languescent lumina morte,
Nec prius a fesso secedent corpore sensus
Quam iustam a diuis exposcam prodita mulctam
Caelestumque fidem postrema comprece*r* hora.

---

165 Externata *O** Extenuata *G* [Exten^r^uata *D; r litterula a pr. m.*] ‖ maloqꝫ *O* ‖ aucte (*super* te *sscr* al' to *g*) *V* ‖ 168 in acta *Heinsius* (*cf. u. 60*) ‖ 170 Fers *O** ‖ 171. 172 *Macrobius sat. 6, 1, 42* Catullus 'Iuppiter omnipotens utinam n o n — littora puppes' ‖ 172 littora *O* ‖ pupes *O* ‖ 174 increta *O* [in creta *D Dresd.*]*:* in cretam *G* [*et ceteri*] ‖ 175 h' (= hec) *O** ‖ 176 Consilium nostris (nostris *om O**) requisisset (*primae* s *sscr* r G^1 *aut g*) *V* ‖ 177 Nunc *Spengelius* Iam *Peiper* ‖ refferam *O** ‖ nitar *ω* ‖ 178 Idaeosne *Bapt. Guarinus:* Idoneos ne *O* Ydoneos (*sscr* al' Idmoneos *g*) ne *G** [Idmoneosne *CL Laur. 33, 12*]. Idomeneusne *Lachmannus* Idomeneine *Buecheler* ‖ agurgite *V* at *ω* ‖ 179 Discedens *ω* ‖ ponti *O** [*Dresd.*]: pontū *G* [*et ceteri*] patriam *Auantius* ‖ ubi *om ω* ‖ 180 In (*corr* An *g*) patris *G* Impatris *O* [An *ceteri*] Ac *Silligius* ‖ quem ne (que *in rasura scripsit g*, *incertum quid antea fuerit*) *V* ‖ 182 consoles *O** ‖ me met *G* me man' *O** ‖ 183 Qui ne *O*:* Qui ue *G* ‖ lentos *O*:* uentos *G* [uentos *et in marg.* al' lentos *L*] ‖ 184 nullo (litus solum) insula *Vossius* litus solum, nullo insula *Scaliger* nullo litus, nullo insula *Froehlichius* solum litus, sola insula tota *Kochius* ‖ 189 afesso *G* affesso *O** ‖ 190 iusta *O** ‖ muletā *O** ‖ 191 comprecor *V*

Quare, facta uirum multantes uindice poena
Eumenides, quibus anguino redimita capillo
Frons expirantis praeportat pectoris iras,
Huc huc aduentate, meas audite querellas,
Quas ego, uae, misera extremis proferre medullis
Cogor inops ardens amenti caeca furore.
Quae quoniam uerae nascuntur pectore ab imo,
Vos nolite pati nostrum uanescere luctum,
Sed quali *solam* Theseus me mente reliquit,
Tali mente, deae, funestet seque suosque.'
Has postquam maesto profudit pectore uoces
Supplicium saeuis exposcens anxia factis,
Annuit inuicto caelestum numine rector,
Quo *nutu* tellus atque horrida contremuerunt
Aequora concussitque micantia sidera mundus.
Ipse autem caeca *mentem* caligine Theseus
Consitus oblito dimisit pectore cuncta
Quae mandata prius constanti mente tenebat,
Dulcia nec maesto sustollens signa parenti
Sospitem *erechtheum* se ostendit uisere portum.
Namque ferunt olim, *castae* cum *moenia* diuae
Linquentem gnatum uentis *concrederet* *Aegeus*,
Talia complexum iuueni mandata dedisse.
'Gnate mihi *longe* iocundior unice uita,
Gnate, ego quem in dubios cogor dimittere casus,
Reddite in extrema nuper mihi fine senectae,
Quandoquidem fortuna mea ac tua feruida uirtus
Eripit inuito mihi te, cui languida nondum
Lumina sunt gnati cara saturata figura,

---

192 pena *V* ‖ 194 p9portat *O** (*est proprie* postportat, *cf. ad 64, 11*) ‖ 195 *ante* meas *in G* est rasura, ibi fuisse uidetur* ⁊ (= et) ‖ querelas *G* ‖ 196 uae miserae *ω* ‖ ex imis *Vulpius* ‖ profe^s^re *O* ‖ 198 uere (uē *O*) *V* ‖ 200 qualis sola *V* ‖ reliquid *O** ‖ 201 fimestet (*corr g*) *G** ‖ 203 *an* saucia? ‖ 204 inuito *V* ‖ 205 Quo nutu *post Feam scripsi:* Quō tūc (tc̄ *O*) *V* Quo motu *Heysius* Quo tonuit *Riesius* Quomodo tunc tellus *uel* Quo tunc et *ω* ‖ 207 mente *V* ‖ 208 cunta *G** ‖ 210 Lucida *Wakefieldus* ‖ sustolens *G* [*BA*], *corr g* [substollens *D Vatic. 1630*] *cf. ad 235* ‖ 211 Erechtheum *Vossius:* ereptum *V* ‖ uiscere *G, corr g* ‖ 212 castae *ω:* classi *V* ‖ moenico *V* ‖ 213 cum crederet egens *V* ‖ 214 [complexo *ADL*] ‖ 215 Gnati *O** ‖ longa *V, corr Hoeufftius* ‖ 216 quem] qm̄ *O** (*i. e. proprie* quoniam, *quod ubique eodem compendio scriptum est, cf. 61, 203. 64, 198. 68, 9. 99, 15*) ‖ 217 *ante* 216 *transposuit Baehrensius* ‖ Rediite *G, corr* G^1 ‖ extremae *Auantius* ‖ 219 cui *O:* quē *G* sscr* al' cui *g. an* quoi?

Non ego te gaudens laetanti pectore mittam,
Nec te ferre sinam fortunae signa secundae,
Sed primum multas expromam mente querellas
Canitiem terra atque infuso puluere foedans,
Inde infecta uago suspendam lintea malo,
Nostros ut luctus nostraeque incendia mentis
Carbasus obscurata d*e*cet ferrugine hibera.
Quod tibi si sancti concesserit incola Ito*n*i,
Quae nostrum genus *ac* sedes defendere *E*re*ch*th*e*i
Annuit, ut tauri respergas sanguine dextram,
Tum uero facito ut memori tibi condita corde
Haec uigeant mandata, nec ulla obliteret aetas,
Vt simul *a*c nostros inuisent lumina collis,
Funestam antennae deponant undique uestem
Candidaque intorti sustollant uela rudentes,
Quam primum cernens ut laeta gaudia mente
Agnoscam, cum te reducem aetas prospera sistet.'
Haec mandata prius constanti mente tenentem
Thesea ceu pulsae uentorum flamine nubes
Aerium niuei montis liquere cacumen.
At pater, ut summa prospectum ex arce petebat
Anxia in assiduos absumens lumina fletus,
Cum primum inf*e*cti conspexit lintea ueli,
Praecipitem sese scopulorum e uertice iecit

---

221 lectanti *O** ‖ 223 querelas *G* ‖ 224 Caniciem *V* ‖ infulso *O** ‖ fedans *V* ‖ 227 dicet *V, corr Lachmannus.* obscura deceat *uel* doceat *Statius* obscura dicet *uel* dicat *ω* ‖ 228 i(y *G*)thomi *V* ‖ 229 ac] has *V* ‖ secles *O** ‖ Erechthei *Vossius:* freti *V.* Erechthi *Buecheler* ‖ 231 Tū *O:* Tu *G* ‖ 232 oblif**eret (*sscr* al' obliteret *g*) *G*, f *littera* (*si quidem* f *est, fortasse ea est* t *male scripta*) *est ex correctura, post* f *una* (*uel duae*) *litterae erasae sunt* ‖ 233 ac *ω:* hec *V* haec *Silligius* ‖ 234 antēnene ne *O** antenne*ne *G** (ne *ultimum lineola deletum, rasura est unius, uix duarum litterarum, fortasse fuerat* antenneē ne) ‖ 235 sustolant *O** substolant *G** (*alteram* l *add g*) [substollant *BDΔ Vatic. 1630* substol^l^ant *L*]. *an uerum est* substollant *? cf. ad u. 210* ‖ uella *O* ‖ *post* 235 *Faernus inseruit uersum e Nonio, cf. infra Catulli fragm.* § ‖ 237 aetas] [era *D*] sors *ω* fors *Auantius* freta — sistent *Froehlichius* ‖ sistenst *G*, sed ipsa pr. m. bis litt. paenultimam suppunxit, praeterea eandem litteram lineola deleuit g* [sistent *D*] ‖ 239 seu *V, corr g* [ceu *plerique*] ‖ 240 Aereum *O* ‖ *inter initia uu.* 240 *et* 241 Aerium *et* At pater *in G lineola curuata* (*cf. ad 17, 1*) *addita est* [*in CHL Laur. 33, 42 h. l. interstitium et inscriptio* Fletus Egei (*add* patris thesei *H*)] ‖ 242 Anxia] x *litteram in rasura scripsit g: fuerat, ut uidetur,* Ansia [Ansia *D Vatic. 1630*] ‖ 243 infecti *ω:* inflati *V* infausti *Heysius* ‖ linthea *O* ‖ lintea ſ ueli *G** (*sed* ſ *superne a G*[1] *semel, infra a g bis adpuncta est*) ‖ 244 e] 7 (= et) *G**, *corr g*

Amissum credens inmiti Thesea fato.
Sic funesta domus ingressus tecta paterna
Morte ferox Theseus qualem Minoid*i* luctum
Obtulerat mente immemori talem ipse recepit.
Quae t*um* prospectans cedentem maesta carinam
Multiplices animo uoluebat saucia curas.
At pa*rte* ex alia florens uolitabat Iacchus
Cum thiaso satyrorum et nysigenis silenis
Te quaerens, A*ria*d*na*, tuoque incensus amore.
† Qui tum alacres passim lymphata mente furebant
Eu*hoe* bacchantes eu*hoe* capita inflectentes.
Harum pars tecta quatiebant cuspide thyrsos,
Pars e diuolso iactabant membra iuuenco,
Pars sese tortis serpentibus incingebant,
Pars obscura cauis celebrabant orgia cistis,
Orgia quae frustra cupiunt audire profani,
Plangebant aliae proceris tympana palmis
Aut tereti tenuis tinnitus aere ciebant,
Multi*s* raucisonos effl*a*bant cornua bombos
Barbaraque horribili stridebat tibia cantu.
Talibus amplifice uestis decorata figuris
Puluinar complexa suo uelabat amictu.
Quae postquam cupide spectando thessala pubes
Expleta est, sanctis coepit decedere diuis.
Hic, qualis flatu placidum mare matutino
Horrificans zephyrus procliuas incitat undas

---

245 inmiti *O:* ī miti *G* (*sed* ti *est circumrasum, uidebatur mihi prius fuisse* īmiṭti) ‖ facto *O** ‖ 246. 247 paternae (*ω*) Marte *Marcilius, idem Doruillius* (*ad Charitonem p. 263*) ‖ 247 minoidi *ω:* minoida *V* quali Minoida luctu *Doruillius* ‖ 248 īmemori *V* ‖ 249 Quae tum *ω:* Que tū *O* Quem (m *a G*[1] *expuncta*) tamen *G** ‖ prospectans *V**, *sed in G inde* pr *deletis et* o *in* a *mutata* aspectans *factum est.* [Que tamen aspectans *ceteri*] ‖ credentem *O** [*D*] ‖ 251 At pater *V* ‖ iachus *V* ‖ 252 Tum *O** ‖ nisigenis (nisi genis *O*) *V* ‖ 253 Et querens (querenus *G**) *V, inde corr* Te querens *g* ‖ adriana *V* ‖ 253 *ante* 252 *posuit Koeler. Bergkius post* 253 *unum uersum excidisse putauit* ‖ 254 Quae tum *Bergkius* Quicum (*uel* Quiscum) *Baehrensius* Quam tum *ego* ‖ linphata *O** ‖ 255 Euche — euche *V, inde fecit* Euohe — euohe *g* [Euohe *bis D*] ‖ bachantes *V* ‖ 256 Horum *ω* ‖ th(t *G*)irsos *V* ‖ 259 canis *O* ‖ celabant *Broukhusius* ‖ 260 Orgiaqꝫ *O** ‖ prophani *O* ‖ 261 alii *ω* aliei *Lachmannus* ‖ 262 tenais *O** ‖ tintinitus *G corr G*[1] ‖ 263 Multis *Bern. Pisanus:* Multi *V* Multaque *Guarinus* Multi (Multae *Scaliger*) raucisonis — bombis *ω* ‖ efflebant *V* ‖ 264 horibili *G* ‖ 267 thesala *O* thessala (*sed* sa *in rasura, fortasse fuerat* thesalla) *G* ‖ 268 cepit *V, inde* cępit *g* ‖ 269 Hec *O* Heic *Baehrensius* ‖ quali *Vossius* ‖ 270 cephirus *O** ‖ procliuiṭ (s) *O** procliuis *Baehrensius. an* procuruas?

Aurora exoriente uagi sub limi*n*a solis,
Quae tarde primum clementi flamine pulsae
Procedunt leuiterque sonant plangore cachinni,
Post uento crescente magis magis increbescunt
Purpureaque procul nantes ab luce refulgen*t*,
Sic t*u*m uestibuli linquentis regia tecta
A*d* se quisque uago passim pede discedebant.
Quorum post *a*bitum princeps e uertice Pelei
Aduenit Chiron portans siluestria dona:
Nam quoscumque ferunt camp*i*, quos thessala magnis
Montibus ora creat, quos propter fluminis undas
Aura p*a*rit flores tepidi fecunda fauoni,
Hos indistinctis plexos tulit ipse corollis,
Qu*o* permulsa domus iocundo risit odore.
Confestim Penios adest *u*iridantia Tempe,
Tempe quae siluae cingunt super impendentes,
*Naia*s*in* linquens † doris celebranda choreis,
Non *u*acuos: namque ille tulit radicitus altas
Fagos ac recto proceras stipite laurus,
Non sine nutanti platano lentaque soror*e*

---

271 sublimia *V* sub lumina *ω* ‖ 273 leuiterque sonant *O* [*L a sec. m., Paris. 7990. 8232. 8236 Britannici 11674. 12005*]: leuiter sonant *G* [*et ceteri boni*] (leni resonant — cachinni) *ω* leuiter resonant *ω* lenique sonant *Froehlichius* ‖ *excerpta ex uett. gloss. pithoeana p. 71 Gothofr.* 'placor' tranquillitas. at Catullus 'plangor'. *cf. Luc. Mueller ad Lucil. p. 275* ‖ chachīni *G* chachini *O* ‖ 275 Purpureaeque *Lennepius* ‖ nascente ab *Baehrensius* ‖ refulgēs *V* ‖ 276 tam *G**, *sscr* al' tibi *g* tn̄ (= tamen) *O* [*BA*] [tibi *ACDHL*] ibi *Hauptius* ‖ uestibulo *uel* uestibulis *Schrader* festini *Baehrensius* ‖ 277 At se *V* ‖ 278 habitum *G*, *corr g* ‖ peley *O* ‖ 280 quoscumque *aldinae:* quodcū(cum *O*)qэ *V* quotcumque *ω* ‖ campis *V* ‖ quot *ω* ‖ thesala *G* thesalia *O** ‖ mag's *O* magnis *G* (*sed* nis *scripsit g in rasura, fortasse fuerat* magīs) ‖ 281 quot *ω* ‖ 282 Aura parit *G* (*litteras* a par *in rasura scripsit g*) Aurea pit *O* (*idem scripsisse uidetur* G^1), [Aura perit *ABCDA* p$\overset{a}{e}$rit *L*] ‖ 283 in distinctis *G* interstinctis *Heinsius* ‖ corulis *V**, *inde fecit* o *littera in* u *mutata* curulis *g*, *simul g sscr* al' corollis [curulis *ALA* curulis *et in marg.* ł corollis *CB*] ‖ 284 Quot *G* Quod *O** Quis *uel* Queis *ω* ‖ 285 penies *V*, *ultimae syllabae sscr* al' os *g* ‖ ut uiridant(c *O*)ia *V* ‖ 286 Tempeqэ *O* ‖ 287 Naiasin *Hauptius:* Minosim *V* Haemonisin *Heinsius* Mnemonisin *Koeler* Meliasin *Maduigius.* ‖ doris *V corruptum nec dum sanatum.* claris *ω* doctis *Statius* crebris *Lachmannus* duris *Maduigius.* *an* diuis? *an* diuis linquens? solis *Schulzius* solitis *Magnus* uariis *Riesius* ‖ 288 Non uacuus (-uos *Bergkius*) *Guarinus:* Non acuos (*sscr* al' nonacrias *g*) *G* Nō accuos *O** [Non acuos *et in marg.* at nouacrios *L* Nonacrios *DAP Laur. 33, 12*] ‖ actas *Heinsius* ‖ 289 Fages *O** ‖ 290 mutanti *V*, *corr g* [luctanti *et in marg.* al mutanti *L*] ‖ sororum *V*

Flam*m*ati Ph*a*ethontis et aeria cupressu.
Haec circum sedes late conte*x*ta locauit,
Vestibulum ut molli uelatum fronde uireret.
Post hunc consequitur sollerti corde Prometheus
Extenuata gerens ueteris uestigia poenae
Qua*m* quondam *in* Sc*yth*i*a* restrictus membra catena
Persoluit pendens e uerticibus praeruptis.
Inde pater diu*um* sancta cum coniuge *n*atisque
Aduenit, caelo te solum, Phoebe, relinquens
Vnigenamque simul cultricem montibus Idri:
Pelea nam tecum pariter soror aspernata est
Nec Thetidis taedas uoluit celebrare iugalis.
Qui postquam niueis flexerunt sedibus artus,
Large multiplici constructae sunt dape mensae,
Cum interea infirmo quatientes corpora motu
Veridicos parcae coeperunt edere cantus.
His corpus tremulum complectens undique *u*es*ti*s
Candida purpurea t*al*os incinxerat ora,
At rose*ae* niue*o* residebant uertice uittae,
Aeternumque manus carpebant rite laborem.
Laeua colum molli lana retinebat amictum,
Dextera tum leuiter deducens fila supinis
Formabat digitis, tum prono in pollice torquens
Libratum tereti uersabat turbine fusum,
Atque ita decerpens aequabat semper opus dens,
Laneaque aridulis haerebant morsa labellis
Quae prius in leui fuerant extantia filo:
Ante pedes autem candentis mollia lanae

291 Flamati *O* Flamanti *G* ‖ phetontis *V* ‖ 292 tircum *O** ‖ contesta *V** ‖ 293 uellatum *V* [*Δ*] *corr g* [uelatum *plerique*] uallatum *Baehrensius* ‖ 294 solerti *V* ‖ 295 pena *V**, *corr* pene *g* ‖ 296 Qua *V* ‖ in Scythia *scripsi:* silici *V* scythicis *Heinsius* scythica *Riesius* triplici *Baehrensius* ‖ resittus *O** ‖ cathena *O* chatena *G** ‖ 298 diui *V* ‖ gnatisqꝫ *V*, *in marg.* al' gratis *add g** ‖ 299 Aduenit caelo, te *Lachmannus*, *Hauptius* ‖ phebe *V* ‖ 300 ydri *V nomen corruptum.* idri *uel* hydri *ω*. Idae *ω* Hydrae *Statius* udis *Marcilius* ‖ 301 Pelea *G* [*HL*]: Palea *O* [*ABΔP Vatic. 1630 Laur. 33, 12* Pallada *D*] ‖ 302 tedas *G* thedas *O** ‖ 303 [posquam *D*] ‖ niueos *ω* ‖ 305 metu *G**, *corr G*[1] ‖ 306 ceperunt *G* (*ex* e *priore fecit* ę *g*) teperunt *O** ‖ eclere *O** ‖ 307 His] *sscr* al' hic *g** [Hic *in textu Laur. 33, 12*] ‖ uestis] questus *V* ‖ 308 talos *ω:* tuos *V* ‖ incinxerat *G* [*D*]: intinxerat *O* [*et plurimi*] ‖ 309 roseae niueo *Guarinus:* roseo niuee (uinee *O**) *V* Ambrosio niueae *Vulpius* Annoso *Ern. Schulzius* Atro sed *Birtius* ‖ uitte *V corr* uicte *g* ‖ 311 collum *V*, *corr g* ‖ amictam *Guarinus* ‖ 312 filia *O** ‖ 313 digittis *O** ‖ police *V* ‖ 315 epus *O** ‖ dens] ex *rasura scripsit g* ‖ 318 molia *O**

Vellera uirgati custodibant calathisci.
Haec tum clarisona *u*ellentes uellera uoce
Talia diuino fuderunt carmine fata,
Carmine perfidiae quod post nulla arguet aetas.
'O decus eximium magnis uirtutibus augens,
Emathiae tutamen opis, *cl*arissime nato,
Accipe, quod laeta tibi pandunt luce sorores,
Veridicum oraclum. sed uos, quae fata secuntur,
Currite ducentes subtegmina, currite, fusi.
Adueniet tibi iam portans optata maritis
Hesperus, adueniet fausto cum sidere coniunx,
Quae tibi flex*a*nimo ment*em* perfundat amor*e*
Languidulosque paret tecum coniungere so*m*nos
Leuia substernens robusto brachia collo.
Currite ducentes subtegmina, currite, fusi.
Nulla domus *t*ales umquam contexit amores,
Nullus amor tali coniunxit foedere amantes
Qualis adest Thetidi, qualis concordia Peleo.
Currite ducentes subtegmina, currite, fusi.
Nascetur uobis expers terroris Achilles,
Hostibus haud tergo, sed forti pectore notus,
Qui persaepe uago uictor certamine cursus
Flam*m*ea praeuertet celeris uestigia ceruae.
Currite ducentes subtegmina, currite, fusi.
Non illi quisquam bello se conferet heros,

---

319 Velera *G** ‖ custodibant *O* [*et non nulli interpolati*]: custodiebant *G* [*ceterique sinceri*] ‖ calathisti *V* ‖ 320 Hae *ω* ‖ uellentes *Fruterius:* pellentes *V* pectentes *Statius* polientes *Heinsius* ‖ 322 arguit *Lachmannus* ‖ *post* 322 *interstitium nullum V* [*D*]. *sed in margine add g:* Epythalamium thetidis et pelei [*interstitium cum eodem fere titulo in ABCHLΔP*] ‖ 323 *ut uersuum numerum stropharum singularum inter se aequarent uiri docti multa temptarunt* ‖ *an* aucte*?* ‖ 324 tutū opus *V**, al' tu tam̄ opis *in marg. g* ‖ carissime *V* clar. natu *Dousa* clar. Peleu *Froehlichius. an* carissime fato*?* ‖ 326 oraculum *V* ‖ uosqꝫ facta *O**. *an* uos quos*?* ‖ sequuntur *G* ‖ 327 *Macrobius sat. 6, 1, 41* Catullus: Currite ducenti subtemine, currite fusi ‖ sub tegmine (*quod ipsa pr. m. corr*) *O* sub tegmina *G* ‖ curite *G** ‖ 328 aptata *V** *corr g* ‖ 329 Hespereus *O** ‖ cum sydere *G* considere *O** ‖ 330 *om O** ‖ tibi flexo animo mentis perfundat amorem *G corr Muretus.* te flexanimo mentis perfundat amore *Lachmannus* ‖ 331 sonos *V* ‖ 332 Leuia] Venia *O** ‖ [bracchia *D*] ‖ [334—337 *om BDΔP Vatic. 1630 Ricc. 606 Paris. 7990. 8232 Britann. 11674. 11915. 12005 multique alii*] ‖ 334 umquam (unquam *G*) tales *V* ‖ conexit *Lachmannus* conspexit *Lenzius* ‖ 335 federe *V* ‖ 336 tetidi *O* (*corr m., ut uidetur, recentissima*) ‖ 341 Flamea *V* ‖ preuertit *G* peruertet *O*

Cum phrygii teucro manabunt sanguine *campi*
Troicaque obsidens longinquo moenia bello
Periuri Pelopis uastabit tertius heres.
Currite ducentes subtegmina, currite, fusi.
  Illius egregias uirtutes claraque facta
Saepe fatebuntur gnatorum in funere matres,
Cum inc*ult*um can*o* soluent a uertice crine*m*
Putridaque infirmis uariabunt pectora palmis.
Currite ducentes subtegmina, currite, fusi.
  Namque uelut densas praecer*p*ens cultor aristas
Sole sub ardenti flauentia demetit arua,
Troiugenum infesto prosternet corpora ferro.
Currite ducentes subtegmina, currite, fusi.
  Testis erit magnis uirtutibus unda Scamandri,
Quae passim rapido diffunditur Hellesponto,
Cuius iter caesis angustans corporum aceruis
Alta tepefaciet permixta flumina caede.
Currite ducentes subtegmina, currite, fusi.
  Denique testis erit morti quoque reddita praeda,
Cum teres excelso coaceruatum aggere bustum
Excipiet niueos percussae uirginis artus.
Currite ducentes subtegmina, currite, fusi.
  Nam simul *a*c fessis dederit fors copiam Achiuis
Vrbis dardaniae neptunia soluere uincla,

---

344 phrigii *G* frigii *O* ‖ teucro *G* (*sed in* c *littera aliquid erasum et correctum, g ex* teuero *fecisse uidetur* teucro) teucto *O** ‖ manebunt *O** ‖ campi *ω* [*D*]: tenen *G* [*AC*, tenen *et in marg*. campi *L*] teuen *O* [*Laur. 33, 12* tenen *sscr* al. teuen *Venet. 407* teneri *Δ* teucri *BH*] riui *ω* cliuei *Hauptius* muri *Statius* phrygiae — terrae (Thebae *Froehlichius*) *idem* ‖ 345 menia *V* ‖ 346 tercius *V* ‖ 347 sub tegmina *G* (*sed in* a *correctura, ex* tegmine *fecisse uidetur* tegmina *g*) ‖ 350 incultum cano s. a u. crinem *Baehrensius:* in ciuium *G*[*BCΔ* ciuium *AL*] inciuos (*quod ipsa m. pr. in* inciuum *mutauit*) *O** in cinerem *ω uulgo* incuruo incanos uertice *Statius* ‖ canos *V* cinere incanos — crines *Scaliger* ‖ soleūt *O** ‖ crimen *O** crines *G* [*et ceteri*] ‖ 353—356 *post* 347 *posuit Peiper* ‖ 353 dēpsas *O** ‖ praecerpens *Statius:* praecernens *Og* [*ceteri boni*] (*G*[1] *scripserat* praeterriens) prosternens *ω* ‖ cultor *G* [*ceterique boni*]: messor *O* [cultor *et in marg*. aƚ messor *L*] ‖ 355 Tronigenum *O** ‖ prosternet *V**, *inde* prosternens *fecit g* [prosternens, *correctum in* prosternet *L* prosternens *ABCDHΔ*]. *qui* prosternens *tuentur uersum excidisse putant* ‖ ferrum *O** ‖ 358 elesponto *V* ‖ 359 cessis *O** ‖ 360 flumina *O:* lumina *G* et in marg*. al' flumine (flumine *G*[1], al' *g scripsit*) ‖ 361 *post h. u. non nulla de Hectore ab Achille interfecto excidisse Luc. Mueller probabiliter coniecit* ‖ 363 terrae (*ω*) ex celso *Martyni-Laguna* ‖ 364 perculse *V* ‖ 366 simul hanc *V* ‖ fons *O**

Alta polyxenia made*fi*ent caede sepulcra,
Quae, uelut ancipiti succumbens uictima ferro,
Proiciet truncum summisso poplite corpus.
Currite ducentes subtegmina, currite, fusi.
  Quare agite optatos animi coniungite amores.
Accipiat coniunx felici foedere diuam,
Dedatur cupido iam dudum nupta marito.
Currite ducentes subtegmina, currite, fusi.
  Non illam nutrix orienti luce reuisens
Hesterno collum poterit circumdare filo.
[Currite ducentes subtegmina, currite, fusi.]
Anxia nec mater discordis maesta puellae
Secubitu caros mittet sperare nepotes.
Currite ducentes subtegmina, currite, fusi'.
  Talia praefantes quondam felicia Pelei
Carmina diuino ceciner*unt* pectore parcae.
Praesentes namque ante domos inuisere castas
Heroum et sese mortali ostendere coetu
Caelicolae nondum spreta pietate solebant.
Saepe pater diuum templo in fulgente reuisens,
Annua *c*um festis uenisse*nt* sacra diebus,
Conspexit terra centum procumbere *tauros*.
Saepe uagus Liber Parnasi uertice summo
Thy*i*adas effusis euantis crinibus egit,
Cum Delphi tota certat*i*m ex urbe *r*uentes
Accipere*nt* laeti diuum fumantibus aris.
Saepe in letifero belli certamine Mauors

368 polixenia *O* polisenia *G* ‖ madefient *ω:* madescent *V* [mitescent *D*] mutescent *Rossbachius* ‖ 369 subccubens *G* (b *expunxit* G^1) ‖ 370 Proiciet *O:* Proiiciet *G* ‖ sūmisso *G:* sumisso *O* [*D*] ‖ 372 agitte *O** ‖ animi (*in* n *aliquid a* G^1 *correctum*) *G* an̄ *O** animis *ω* ‖ 373 federe *V* ‖ 377 Esterno *O** Externo *G* ‖ 378—380 *om O** [*eosdem in textu prius omissos in marg. add pr. m. H*] ‖ 378 *del ω* ‖ 381 sub tegmina ducite fusi *G* [*Δ Laur. 33, 12*] ‖ 382 peley *O* ‖ 383 cecinere *G* cernere *O** cecinere e *Baehrensius* ‖ 385 Heroum et *Io. Bapt. Sigicellus:* Nereus *V* ‖ cetu *V, ex* e *fecit* ę *g* ‖ *post* 386 *add V haec:* Languidior tenera cui pedens sicula beta. *cf. 67, 21* ‖ 387 residens *Baehrensius probabiliter. an* renidens? ‖ 388 dum *V* ‖ uenisset *V* ‖ diebus (*in* ie *correcta quaedam ab ipsa m. pr.; fuerat* duobus) *O* ‖ 389 terram *O** Creta *Wakefieldus* ‖ currus *V* procurrere currus *ω* ‖ 390 sumo *O** ‖ 391 Thyadas *G* Thiadas *O* ‖ euantis] e *litterae sscr* o *g* [ouantis *Laur. 33, 12*] ‖ esit *O** ‖ 392 *locus corruptus. Luc. Mueller post 391 lacunam indicauit hic Apollinis Delphos aduentum poetam narrasse putans.* Acciperent Latonigenam (*et similia*) *Heinsius.* 392 *et* 393 *del Koeler* ‖ certatum *V* ‖ tuentes *V* ‖ 393 Acciperet lacti (laeti *g*) *V* ‖ 394 mauros *G**

Aut rapidi Tritonis hera aut rha*m*nusia uirgo
Armatas hominum est praesens hortata cateruas.
Sed postquam tellus scelere est imbuta nefando,
Iustitiamque omnes cupida de mente fugarunt,
Perfudere manus fraterno sanguine fratres,
Destitit extinctos natus lugere parentes,
Optauit genitor primaeui funera nati
Liber ut innuptae pot*e*retur flore nouercae,
Ignaro mater substernens se impia nato
Impia non uerita est diuos scelerarę pe*na*tes,
Omnia fanda nefanda malo permixta furore
Iustificam nobis mentem auertere deorum.
Quare nec talis dignantur uisere coetus
Nec se contingi patiuntur lumine claro.

65 Etsi me assiduo confectum cura dolore
Se*uo*cat a doctis, Ortale, uirginibus,
Nec potis est dulci*s* mus*a*rum expromere fetus
Mens animi (tantis fluctuat ipsa malis:
Namque mei nuper lethae*o* gurgite fratris
Pallidulum manans alluit unda pedem,
Troia rhoeteo quem subter litore tellus
Ereptum nostris obterit ex oculis:
[Alloquar audiero numquam tua *facta* loquentem,]

395 ramūsia *O** ranusia *G. at quid hoc loco* rhamnusia uirgo*?* amarunsia *Baehrensius* ‖ 396 ortata *O* ‖ 397 scelus (*lineola deletum*) tellus scelere *O** ‖ imbuta *O:* ībuta *G* ‖ nephando *O* ‖ 398 Iusticiamque *V* ‖ 400 *et* 401 *transposuit Rossbachius* ‖ 400 natos *G* ‖ 401 Patrauit *Baehrensius* ‖ 402 uti nuptae *Maehlius* ut hinc nuptae — nouellae *Baehrensius. an* innupto*?* ‖ potiretur *V* ‖ 404 penates *ω:* parentes *V* ‖ 406 Iustificam] *litteras* fica *scripsit g in rasura trium litterarum: G*[1] *fortasse scripserat* Iusticiam ‖ mente aduertere *O** ‖ 407 cetus *V* cętus *g*

65 *Interstitium V, quod titulo* Ad Ortalem *expleuit g* ‖ 1 confectum *G* [*et plurimi boni*]: defectu *O** [defectum *Laur. 33, 12 Dresd.*] ‖ 2 Sed uacat *V* ‖ 3 dulcissimus harum (hauum *O**) *V* dulcis simul harum *Baehrensius* ‖ fretus *O** ‖ 4 icta *Heinsius* ‖ 5 lethei *G* loethi *O** lethaeo in *Parthenius* ‖ factis *O** (*cf. 66, 22*) ‖ 6 Pallidullum *O** ‖ 7 Troia (*sed ita scriptum ut a* Tidia, *si solos litterarum ductus examinas, discerni non possit*) *O* Lydia (*sscr* al' troya *g*) *G*, quae scriptura lectione codicis O bene explicatur* ‖ retheo *O* rhetheo (*sed* th *corr g, G*[1] *scripserat, ut mihi uidebatur,* rhecteo) *G** ‖ supter *prius G, corr G*[1] ‖ littore *O* ‖ 8 obruit *Statius* obtegit *Morsbachius* ‖ 9—14 *ab hoc carmine alienos esse Rossbachius intellexit: quos post 101, 6 inserendos esse ingeniosa Frid. Haasii est coniectura* ‖ 9 *om V* [*BCHLA Cuiac. Harl. 2574 Laur. 33, 12 Venet. 107 Vatic. 1630* (*hic

Numquam ego te uita frater amabilior
Aspiciam posthac: *at* certe semper amabo,
Semper maesta tua carmin*a* morte *can*am,
Qualia sub densis ramorum concinit umbris
*D*au*li*as a*b*sumpti fata gemens Itylei)]
Sed tamen in tantis maeroribus, Ortale, mitto
Haec expressa tibi carmina *Batt*iadae,
Ne tua dicta uagis nequicquam credita uentis
Effluxisse meo forte putes animo
Vt missum sponsi furtiuo munere malum
Procurrit casto uirginis e gremio,
Quod miserae oblitae molli sub ueste locatum,
Dum aduentu matris prosilit, excutitur:
Atque illud prono praeceps agitur decursu,
Huic manat tristi conscius ore rubor.

66 Omnia qui magni di*s*pexit lumina mundi,
Qui stellarum ortus comperit atque *o*bitus,
Flam*m*eus ut rapidi solis nitor obscuretur,
Vt cedant certis sidera temporibus,
Vt Triuiam furtim sub la*t*mia saxa rel*e*gans

---

om et u. 9 et u. 10), omnes libri Statii: contra habent h. u. ADP Ambr. D 24 Britann. 11674. 11915 Brit. Burn. 133 Dresd. Paris. 7990. 8232. 8236 Riccard. 606 Vicetinus, editio uere princeps et editio uulgo pro principe habita a. 1472. 'in antiquis reperitur exemplaribus, licet in pluribus desit' Vossius] *uersum auctoritate optimorum librorum destitutum pro nouicio duxerunt Statius aliique. non nulli quaedam ante u. 9 excidisse censent* || [tua loquentem *DP: inseruit* facta *D m. sec.,* uerba *P m. sec.* . *praeterea sscr* ł uerba *D m. sec.* . tua loquentem *Brit. 11674* tua uerba loquentem *A Brit. 11915 Burn. 133 Dresd. Paris. 7990. 8232. 8236 edd. principes* tua fata loquentem *Ambr. D 24 Vicetinus*] audibo numquam te suaue loquentem *Westphalius* || 10 Nunquam *G* || 11 aut *V* || 12 carmine morte tegam *V* canam *uel* legam *ω* || 14 Bauila asumpti *G, unde* Baiulas assumpti *fecit g* [Baiulas *et in marg.* ał daiulas *L* Dauilas *et in marg.* Bauilas *B* Bauila *AC* Dauila *P*] Bauilla assumpta *O** || facta gemes *O** || i(y *G*)thilei *V* || 16 actiade *O* acciade *G** [abacciade *D* bactiade *BΔP*] || 18 Efluxisse *O, idem habuerat* G^1 (l *prius omissam iam* G^1 *addiderat*), *unde* effluxisse *fecit g* || 19—24 *a praecedentibus seiunxit Rossbachius* || 20 Proççurit *O** || 21 locataum *O** || 23 illic prono preces *O**

66 *Interstitium nullum V. Fragmenta carminis callimachei* (*Βερενίκης πλοκάμου*) *collegerunt Bergkius, anthol. lyr. p. 154 et Schneider, Callim. 2, 144* || 1 despexit *V* || 2 habitus *V* || 3 Flameus *V* || obsculetur *O** || 4 ceteris *O** || 5 sublamina *O** [sub lamia *BP*] sublimia *G* || religans *V*

Dulcis amor *g*u*r*o *d*euocet aerio,
Idem me ille Conon caelesti *in* *l*umine uidit
E beroniceo uertice caesariem
Fulgentem clare, quam *cunc*tis illa de*o*rum
Leuia protendens brachia pollicita est,
Qua *r*ex tempestate nouo auctus hymenaeo
Vast*at*um finis *iu*erat assyrios,
Dulcia nocturnae portans uestigia rixae
Quam de uirgineis gesserat exuuiis.
Estne nouis nuptis odio Venus atque parentum
Frustrantur falsis gaudia lacrimulis,
Vbertim thalami quas intra l*i*mina fundunt?
Non, ita me diu*i*, uera gemunt, *iu*erint.
Id mea me multis docuit regina querelis
Inuisente nouo praelia torua uiro.
A*n* tu non orbum luxti deserta cubile,
Sed fratris cari flebile discidium?
*Qua*m penitus maestas exedit cura medullas!
Vt tibi tunc toto pectore sollicit*ae*
Sensibus ereptis mens excidit! at *te* ego certe
Cognoram a parua uirgine magnanima*m*.

---

6 gyro *ω:* guioclero *V* [gui(iu)dero *BP*] cliuo *uel* curru *ω* ‖ aetherio *Meinekius* ‖ 7 *sqq. Callim. frgm. 34* ἦ με Κόνων ἔβλεψεν ἐν ἠέρι τὸν Βερενίκης Βόστρυχον, ὃν κείνη πᾶσιν ἔθηκε θεοῖς (*cf. gloss. Labb. p. 39*[b] Canon Σάμιος μαθηματικός. *sed. u. Verg. ecl. 3, 40.*) ‖ in lumine *Vossius:* numine *V* limine *Heinsius* limite *Doeringius* culmine *Maehlius* ‖ 8 Ebore niceo *V* (*cf. anth. lat. 916, 8 R.* E beronicaeo detonsum uertice crinem Retulit esuriens Graecus in astra Conon, *sed carmen hoc non est antiquum*) ‖ 9 cunctis *Hauptius:* multis *V* ‖ dearum *V* ‖ 10 policita *O** ‖ 11 Quare extempestate *V* ‖ mactus *Anna Fabri* abductus *Froehlichius* auectus *Peiper* functus *Riesius* ‖ 12 Vastum *V* ‖ ierat *V* ‖ assirios *V* ‖ noctume *G*, corr g* ‖ 14 exiuius *O** ‖ 15. 16 *Ieremias iudex de Montagnone Paduanus compendii moralium notabilium part. IIII libr. VI:* Catullus poeta c. 9: 'Estne — lacrimulis' ‖ 15 atque] anne *ω* ‖ 16 salsis *Heysius* ‖ 17 Vberum *O** ‖ lumina *V* ‖ 18 diu *V* ‖ geniunt *O** ‖ inuerint *V* ‖ 20 prelia (*ex* e *fecit* ę *g*) *V* ‖ 21 An *ω:* Et (*sscr* al' at *g*) *V* ‖ non] uō (= uero) *O** ‖ fc̄tis (= factis, *cf. 65, 5*) *O** ‖ discidium *O*:* dissidium *G* ‖ 23 Quam *Bentleius:* Cum *V* Tum *Lachmannus* Vt *Baehrensius* ‖ 24 ibi *G** ‖ tunc *O* [*C Laur. 33, 12*]: nunc (*sscr* al tunc *g*) *G* [nunc *ABDLΛP*] ‖ solicitet *V* ‖ 25 e rectis *Vossius* e trepidis *Maehlius* ‖ te *add Auantius: om V* ‖ 26 magnanima *V* ‖ *Hyginus poet. astron. 2, 24* alii dicunt hoc amplius, Ptolomaeum Berenices patrem multitudine hostium perterritum fuga salutem petisse, filiam autem saepe consuetam insiluisse in equum et reliquam exercitus copiam constituisse et complures hostium interfecisse, reliquos in fugam coniecisse: pro quo etiam Callimachus eam magnanimam dixit

Anne bonum oblita es facinus, qu*o* regium adept*a*'s
Coniugium, qu*o* non forti*us* ausit alis?
Sed tum maesta uirum mittens quae uerba locuta es!
Iuppiter, ut tristi lumina saepe manu!
Quis te mutauit tantus deus? an quod amantes
Non longe a caro corpore abesse uolunt?
Atque ibi *me* cunctis pro dulci coniuge diuis
Non sine taurino sanguine pollicita es,
Se*i* reditum tetulisset. is *h*aut in tempore longo
Captam Asiam Aegypti finibus addiderat.
Quis ego pro factis caelesti reddita coetu
Pristina uota nouo munere dissoluo.
Inuita, o regina, tuo de uertice cessi,
Inuita: adiuro teque tuumque caput,
Digna ferat quod siquis inaniter adiurar*i*t:
Sed qui se ferro postulet esse parem?
Ille quoque euersus mons est quem maxim*um* in oris
Progenies *Th*iae clara superuehitur,
Cum Medi p*e*p*er*ere nouum mare, cumque iuuentus
Per medium classi barbara nauit Athon.
Quid facient crines, cum ferro talia cedant?
Iuppiter, ut Ch*a*ly*bon* omne genus pereat,
Et qui principio sub terra quaerere uenas
Institit ac ferri *st*ringere duritiem!
Abiunctae paulo ante comae mea fata sorores
Lugebant, cum se Memnonis Aethiopis

---

27 quam *V* || adepta's *Lachmannus:* adeptus *G* adeptos *O** || 28 quod non fort(*c O*)ior aut sit alis *V* fortius *Muretus* quod non fortior ausit alis *ω* || 29 cum *O** || 30 Iupiter *G* || 31 tantum *Schrader* tantum? deus *alii* || 32 adesse *G** || *an* ualent? || 33 me *Colotius et Perreius:* pro *V* || cuntis *G* || 34 taurino *om O** || 35 Sei *reuocaui:* Sed (*sscr* al' si *g*) *V** [Si *ceteri*] || redditum *O** || te tulisset *V* || aut *V* || 37 *in* celesti *et* cetu *bis* ę *pro* e *g* || 38 disoluo *O* || 40 capud *O. cf. Callim. fragm.* 35[b] *σήν τε καρὴν ὤμοσα σόν τε βίον* || 41 quod] que *O** || adiuraret *V* || 42 quis *Statius* || 43 quē *G:* q̃ (= quae) *O* || maximum *Guarinus:* maxima *V* || in orbe *ω* || 44 Thiae *Vossius*: phi(y *G*)tie *V* || 45 Tum *V**, *inde* Cum *fecit g* [Cum *ceteri*] || peperere *ω*: propere *V* rupere *ω* pepulere *Statius* fodere *Bergkius* || cumque *O:* atque *G* [atque (*sscr* al. cumque) *B*] || 47 faciant *ω* || 48 Iupiter *G* || Chalybon *Politianus* (Chalybum *alii*): celitum *G* celerum *O** Telchinum *Withofius. cf. Callimachi fragm.* 35[c] *Χαλύβων ὡς ἀπόλοιτο γένος, Γειόθεν ἀντέλλοντα κακὸν φυτὸν οἵ μιν ἔφηναν* || 49 querȓe *O* || uenas] *litteras* ue *scripsit g, quid G*[1] *scripserit incertum est* || 50 ferri stringere *Heysius:* ferris fringere *G* [*ABCLA Laur.* 33, 12] ferris fingere *O** [ferris frangere *HP* ferri frangere *D Ricc.* 606, *olim uulgo*] ferri fingere *ω Vossius* ferri infringere *Santenius* || duriciem *V* || 51 facta *O** || 52 mēnonis *O:* menonis *G*

Vnigena impellens nutantibus aera pennis
Obtulit Arsinoes † elocridicos al*e*s equos,
Isque per aetherias me tollens auolat umbras
Et Veneris casto collocat in gremio.
Ipsa suum Zephyritis eo famulum legarat,
Graiia canopieis incola litoribus,
†Hi dii uen ibi uario ne solum in *l*umine caeli
Ex *a*riad*n*eis aurea temporibus
Fixa corona foret, sed nos quoque fulgeremus
Deuotae flaui uerticis exuuiae,
V*ui*dul*a*m a fl*e*tu cedentem ad templa d*e*um me
Sidus in antiquis diua nouum posuit:
Virginis et saeui contingens namque leonis
Lumina, Cal*l*isto iu*n*cta lycaoni*ae*,
Vertor in occasum tardum dux ante Booten,
Qui uix sero alto mergitur Oceano.
Sed quamquam me nocte premunt uestigia diuum,
Lux aut*em* canae *Te*t*hy*i restitu*it*,
(Pace tua fari hic liceat, rha*m*nusia uirgo:
Namque ego non ullo uera timore tegam,
Nec si *m*e infestis discerpent sidera dictis,

---

53 nictantibus *Bentleius* ‖ 54 arsinoes *O:* asineos (*in marg.* arsinoes *g*) *G* [asineos *et in marg.* al' arsinoes *L*] ‖ Locridos *Bentleius* Cypridos *Bergkius* claridos *ω* ‖ alis equos *V. hanc archetypi scripturam respexit Hygin. poet. astr.* 2, 24 *his uerbis:* Hanc Berenicem non nulli cum Callimacho dixerunt equos alere et ad Olympia mittere consuetam fuisse ‖ 55 Isqȝ (*sscr* al'q² *g*) *V* ‖ etherias *O:* ethereas *G* aerias — umbras *Riesius* ‖ auolat *O** (*idem Canter coniectura adsecutus est*): aduolat *G* ‖ auras *ω* ‖ 56 collocat *O* [*D*]: aduolat (*sscr* al' collocat *g*) *G* [aduolat *ABCHΔ* aduolat (*sscr* collocat) *L*] ‖ 57 c(z *corr g*)yphiritis *V* ‖ legarat *O:* legerat (*et in marg.* al' legarat *g*) *G* ‖ 58 Graiia (*post Lachmanni* Graia) *Baehrensius:* Gratia *G* Gracia *O* ‖ canopieis *Auantius:* canopicis *G* conopicis *O** ‖ littoribus *O* ‖ 59 *locus nondum sanatus.* Numen ibi *Ritschelius* Lumen ibi — in limite *uir doctus nescio quis* Siderei uario *Bergkius* Arduei ibi *Hauptius* Hic etenim *Froehlichius* Hic, niueei *Baehrensius* ‖ numine *V* ‖ celi *V* (*sed ex* e *fecit* ę *G*[1]) ‖ 60 adrianeis *V* ‖ auira (aurea *inde fecit g*) *G** ‖ 61 uos *O** ‖ 62 eximie (*mutauit in* exuuie *g*) *V** [eximie *L*] ‖ 63 Vindulum *V, unde fecit* Viridulum *g* Vmidulam *Ellisius* ‖ fluctu *V* luctu *Baehrensius* ‖ decūme *V* ‖ 65 Virgis *O**. *cf.* (*Callimachi*) *fragm. anon. 88 Schneid.:* ἐσχατίην ὑπὸ πέζαν ἐλειήταο λέοντος ‖ 66 calixto *V* Calisto *Baehrensius* ‖ iuxta licaonia *V* iuxta Lycaoniam *Rossbachius* iuxta Lycaonida *ω* ‖ 67 ocasum *O** ‖ bootē *O* boothen *G inde* boothem *g* ‖ 68 occeano *V* ‖ 69 quicquam *O** ‖ 70 aut *V* ‖ theti *V* ‖ restituit *Lachmannus:* restituem *V* Luce — restituor *ω* ‖ 71 Parce *V** [Pace *ceteri boni*] ‖ ranūsia *O** ranusia *G* [rānusia *BL*] ‖ 72 ullo *O:* nullo *G* ‖ 73 si me] sine *V* ‖ diserpent *V* ‖ doctis *O** dextris *Bentleius.* dictis *ex* digitis *breuiatum putat Luc. Mueller*

Condita qui*n* uere*i* pectoris euolu*am*),
Non his tam laetor rebus quam me a*f*ore semper
A*f*ore me a dominae uertice discrucior,
Quicum ego, dum uirgo quondam fuit omnibus expers
Vnguentis, una milia multa bibi.
Nunc uos optato qu*o*m iunxit lumine taeda,
Non p*rius* u*n*anim*i*s corpora coniugibus
Tradite nudantes re*i*ecta ueste papillas
Quam iocunda mihi munera libet onyx,
Vester onyx, casto colitis quae iura cubili.
Sed quae se impuro dedit adulterio,
Illius a mala *d*ona leuis bibat irrita puluis:
Namque ego ab indig*n*is praemia nulla peto.
Sed magis, o nuptae, semper concordia *u*ostras
Semper amor sedes incolat assiduus.
Tu uero, regina, tuens cum sidera diuam
Placabis festis luminibus Venerem,
*V*nguinis expertem non s*i*ris esse tu*am* me,
Sed potius largis *a*ffice muneribus.
Sidera c*orrue*r*i*nt utinam! coma regia fiam:
Proximus hydrochoi fulgeret Oarion.

---

74 Candita *G** || qui *V* || uerei *Lachmannus:* uere *V* ueri *ω* || euolue *V* || 75 hiis *O** || affore *V* || 76 Affore *V* || discrutior *V* || 77. 78 *locus nondum expeditus* || 77 Qui cum *V* || Hymenis expers *Eschenburgius, Wilamowitzius* ominis expers *Auratus* expersa *Heinsius* adspersa *Marcilius* omnibus expers Vnguentis, murrae *Vossius* uirgo curis fuit omnibus expers *Luc. Mueller* || 78 Vngenti surii *Passeratius* || milia *O:* millia *G* || 79 quum *Corradinus de Allio:* quem *V* quas *ω* queis *Statius* quam *ω* quo *Vahlenus* || 80 prius *ω:* post *V* || uno animus *V* unanimeis *Baehrensius* || 81 retecta *V* || 82 (80 non post —) Quin *Fussius. cf. Callim. fragm. 35*[d] *πρὶν ἀστέρι τῷ Βερενίκης* || 82. 83 onix *V* || 83 colitis *V* [*P Dresd. Harl. 2574*, quaeritis *et in marg.* at colitis *L*]: [queritis *BCHA Laur. 33, 12, omnes Statii, plerique Vossii*, petitis *D Cuiac. Britann. 11674. 11915 Burn. 133 Paris. 7990. 8232. 8236, olim uulgo*] || 85 amala leuis bibat dona irrita (inita *G**) *V* || 86 indigetis *G* indignatis *O** || 87 Sic *ω* || nostras *V* || 91 Vnguinis *Bentleius*: Sanguinis *V* || non] ne *Scaliger* || siris *Lachmannus* (*ex Scaligeri* siueris): uris (= uestris) *V* || tuum *V* || 92 pocius *V* || effice *V* || 93 corruerint utinam! *Lachmannus:* cur iterent utinam (utina *O**) *V* Sidera cur retinent? utinam *ω* Sidera cur retinent? iterum *Marklandus* Sidera corruerint, iterum ut *Hertzbergius* Sidera cur inter? utinam *Marcilius* || 94 idrochoi *G* id rochoi *O*

67 O dulci iocunda uiro, iocunda parenti,
Salue, teque bona Iupiter auctet ope,
Ianua, quam Balbo dicunt seruisse benigne
Olim cum sedes ipse senex tenuit,
Quamque ferunt rursus uoto seruisse maligno
Postquam *es* porrecto facta marit*a* sene,
Dic age d*um* *n*obis quare mutata feraris
In dominum ueterem deseruisse fidem.
'Non (ita Caecilio placeam, cui tradita nunc sum)
Culpa mea est, quamquam dicitur esse mea,
Nec peccatum a me quisquam pote dicere quidquam:
Verum isti popul*o* ianua qu*anta* facit!
Qui, quacumque aliquid reperitur non bene factum,
Ad me omnes clamant 'ianua, culpa tua est.''
Non istuc satis est uno te dicere uerbo,
Sed facere ut quiuis sentiat et uideat.
'Qu*i* possum? nemo quaerit nec scire laborat.'
Nos uolumus: *n*obis dicere ne dubita.
'Primum igitur uirgo quod fertur tradita nobis
Falsum est. non illam uir prior attigerit,
Languidior tenera cui pendens sicula beta
Numquam se mediam sustulit *ad* tunicam:
Sed pater illius gnati uiolasse cubile
Dicitur et miseram conscelerasse domum,
Siue quod impia mens caeco flagrabat amore,
Seu quod iners sterili semine natus erat
Et quaerendus *is* unde foret neruosius illud

---

67 *Interstitium nullum V. Paragraphum rubram u. 1 praeposuit g* || 4 senes tenuit *O** || 5 Quamquam *O* || seruire *Riesius* || maligne *O** nato (natae *Baehrensius*) — maligne *Froehlichius* || 6 est *V* || porecto *G** || marite *V* || 7 age de uobis *V* || 8 neterem *O:* uenerem *G* [*et plerique*, uenerem, *corr in* ueterem, *L*] || desseruisse (*corr G*[1]) *G** || 9 pateam *Statius* || traditā *O** || 10 quaquam *O** || 11 qdquam (*sic, non* qdquam) *O** quicquam *G* || 12 [isti *ABCHLA Laur. 33, 12 Vatic. 1630*]: istius *V** [istis *D Ricc. 606 Brit. 11674. 11915 Paris. 7990. 8232*] || populi *V* || quanta *scripsi:* qui te *V* istud populi fabula, Quinte (naenia, Quinte *iam Scaliger*), facit *Lachmannus* est os populi 'ianua' Quinte 'facit' *Ellisius* astu populi ianua quippe facit *Munro* isti populo ianua quidque facit (quid faciat? *Vossius*) *ω* est uox populi 'ianua cuncta facit' *Baehrensius* || 16 qui uis *V* || 17 Quid *V* || 18 uobis *V corr Muretus* || ue *O** || 20 non qui illam (*ex* namque *ω*) *Scaliger* || attigerat *ω* || 21 *om sine interstitio O*. cf. ad 64, 386* || 22 ad] hanc *V* || 23 ipsius *Muretus* ille sui *Scaliger* illusi *Baehrensius* || 27 Et (Vt *Bergkius*) quaerendum (*ω*) unde unde *Statius Bergkius* Ne (Vt *Rossbachius*) quaerendum aliunde *ω* || is *add Lachmannus: om V* || n[s]uosius (*fuerat* nu[s]osius, *ipsa m. pr. corr*) *O** neruosius ile *Rossbergius*

Quod posset zonam soluere uirgineam.'
Egregium narras mira pietate parentem,
Qui ipse sui gnati minxerit in gremium.
'Atqui non solum *h*oc se dicit cognitum habere
Brixia † chinea suppositum specula,
Flauus quam molli p*rae*currit flumine Mell*a*,
Brixia Veronae mater amata meae,
Sed de Postumio et Corneli narrat amore,
Cum quibus illa malum fecit adulterium.'
Dixerit hic aliquis: quid? tu ist*aec*, ianua, nosti,
Cui numquam domini limine abesse licet,
Nec populum auscultare, sed he*i*c suffixa tigillo
Tantum operire soles aut aperire domum?
'Saepe illam audiui furtiua uoce loquentem
Sola*m* cum *a*ncil*l*is haec sua flagitia,
Nomine dicentem quos diximus, ut pote quae mi
Sper*ar*et nec linguam esse nec auriculam.
Praeterea addebat quendam, quem dicere nolo
Nomine *n*e tollat rubra supercilia.
Longus homo est, magnas qu*o*i lites intulit olim
Falsum mendac*i* uentre puerperium.'

68a Quod mihi fortuna casuque oppressus acerbo
Conscriptum hoc lacrimis mittis epistolium,
Naufrag*u*m ut eiectum spumantibus aequoris undis
Subleuem et a mortis limine restituam,
Quem neque sancta Venus molli requiescere somno
Desertum in lecto caelibe perpetitur,

29 parentum *O** ‖ 30 sūt *O** ‖ 31 At qui *V* ‖ [hoc se dicit *D Brit. 11915*]: se dicit (*om* hoc) *G** [se dicit hoc *ABCHLΔP*] hoc dicit se *O** [*Harl. 2574*] ‖ 32 Cycneae supposita speculae *Vossius* Cycnea supposita in (*ω*) specula Zanchius ‖ 33 *et* 34 *del Maffeius* ‖ 33 moli *O** ‖ percurrit *V corr Auantius* ‖ mello *G* melo *O** ‖ 34 tuae *Scaliger* ‖ 35 posthumio *V* ‖ narrat] amat *G** ‖ 37—40 *quos uulgo ianuae dant, Catullo attribui* ‖ 37 Dixit *O** (*in G* Dix[s]it) ‖ hic *G:* h' (= haec) *O. cf. u. 39* ‖ qui tu *ω uix rectius* ‖ iste *V* ‖ 38 domini *G:* deum *O** ‖ lumine *O* [limine *et in marg.* at lumine *L*] ‖ 39 hec *G* h' (= haec) *O*, *inde feci* heic ‖ sufixa *O** ‖ 42 Sola *V* ‖ ancillis *Robortellus:* concillis *O** conciliis *G* ‖ 43 pote *O** ‖ 44 Speraret *ω:* Sperēt *O** Sperent *G** [Speret *plerique*] ‖ 45 addebant *O** ‖ quēdam *G* q̄dam *O* ‖ 46 te *V* ‖ supercillia *G** ‖ 47 qui *V* ‖ littes *O** ‖ intullit *G** ‖ 48 mendacii *V*

68a *Interstitium V: inseruit titulum* Ad Mallium *g* ‖ 2 Conspersum *Schrader* ‖ hoc] h' (= haec) *O* [hec *BΔ*] ‖ mittis *O:* mittit *G* ‖ 3 Naufragium ut *V* ‖ 6 Disertum *G**

Nec ueterum dulci scriptorum carmine musae
  Oblectant, cum mens anxia peruigilat,
Id gratum est mihi, me quoniam tibi dicis amicum
  Muneraque et musarum hinc petis et Veneris:
Sed tibi ne mea sint ignota *in*commoda, Ma*n*li,
  Neu me odisse putes hospitis officium,
Accipe quis merser fortunae fluctibus ipse,
  Ne amplius a misero dona beata petas.
Tempore quo primum uestis mihi tradita pura est,
  Iocundum cum aetas florida uer ageret,
Multa satis lusi: non est dea nescia nostri
  Quae dulcem curis miscet amaritiem:
Sed totum hoc studium luctu fraterna mihi mors
  Abstulit. o misero frater adempte mihi,
Tu mea tu moriens fregisti commoda, frater,
  Tecum una tota est nostra sepulta domus,
Omnia tecum una perierunt gaudia nostra,
  Quae tuus in uita dulcis alebat amor.
Cuius ego interitu tota de mente fugaui
  Haec studia atque omnes delicias animi.
Quare, quod scribis Veronae turpe Catull*o*
  Esse quod hic qui*u*is de meliore nota
Frigida deserto tepefac*t*et membra cubili,
  Id, Ma*n*li, non est turpe, magis miserum est.
Ignosces igitur, si, quae mihi luctus ademit,
  Haec tibi non tribuo munera, cum nequeo.
Nam quod scriptorum non magna est copia apud me,
  Hoc fit quod Romae uiuimus: illa domus,
Illa mihi sedes, illic mea carpitur aetas:
  Huc una ex multis capsula me sequitur.
Quod cum ita sit, nolim statuas nos mente maligna

---

7 uet^s^m *O** ‖ 8 ansia *O* ‖ 9 ducis *ω* ‖ 10 petit *G** ‖ 11 commoda mali *V*, *in G ad uocatiuum indicandum* o *uocula a G*[1], *ut uidetur, superscripta est* ‖ Mani *Lachmannus* ‖ 12 Seu *G** ‖ sospitis *Schrader* ‖ 16 *sine interstitio om O**. *cf. ad 68, 49* ‖ 18 amariritiem (*syllabam* ri *priorem man. pr. deleuit*) *G* amaritōēɜ (= -tionem) *O** ‖ 20 o] ei *Baehrensius*, *cf. 68, 92* ‖ 21—24 *del Froehlichius* ‖ 21 Tunia tu *O** ‖ comoda *O* ‖ 26 omnem *O** ‖ 27 uerone (r *adrasum*) *O* ‖ catulle *V* scribis 'Veronae turpe, Catulle, Esse quod — tepefecit m. cubili' Id *Munro* ‖ 28 quiuis *Lachmannus:* quisquis *V* ‖ quisquis — nota est *ω* ‖ 29 tepefactet *Bergkius:* tepefacit *V* tepefaxit *Lachmannus* tepefactat *ω* tepefecit *ω* ‖ cubilli *O** ‖ 30 mali *V* Mani *Lachmannus* (*cf. u. 11*) mi, Alli *Schoellius* ‖ 31 Ignoscēs *O** ‖ 32 tum *O** ‖ 34 Hec *O** ‖ 36 ima (*sed uix ab* una *differt*) *O** ‖ 37 nolī *G:* noli *O**

Id facere aut animo non satis ingen*uo*
Quod tibi non utriusque petenti copia p*ar*ta es*t*:
Vltro ego d*e*ferrem, copia siqua foret.

68b Non possum reticere, deae, qua m*e* Allius in re
Iuuerit aut quantis iuuerit officiis:
Nec fugiens saec*l*is obliuiscentibus aetas
Illius hoc caeca nocte tegat studium:
Sed dicam uobis, uos porro dicite multis
Milibus et facite haec c*a*rta loquatur anus
. . . .
Notescatque magis mortuus atque magis,
Nec tenuem texens sublimis aranea telam
In deserto Alli nomine opus faciat.
Nam mihi quam dederit duplex Amathusia curam
Scitis, et in quo me corruerit genere,
Cum tantum arderem quantum trinacria rupes
Lymphaque in oetaeis ma*l*ia Thermopylis,
Maesta neque assiduo tabescere *l*um*in*a fletu
Cessaren*t* tristique imbre madere genae,
Qualis in aerii perlucens uertice montis

---

38 ingenio *V* ‖ petiti *ω* ‖ parta *scripsi:* posta *V* praesto *Froehlichius* porcta *Ribbeckius* prompta *Baehrensius* facta *ω* ‖ differrem *O* differem *G**

68b *Interstitium nullum V: c. 68a et 68b primus separauit Ramler* ‖ 41 quam fallius *V corr Scaliger* qua *uel* quam Manlius *ω* ‖ ire *G:* ire *O** ‖ 42 Inuenit *O** ‖ aut] *an* et*?* ‖ uiuerit *O** auxerit *Vsener* ‖ 43 Ne *ω* (Nei *Baehrensius*) *fortasse recte* ‖ sedis *V* [sedis *et in marg.* al saeclis *L*] ‖ 45 porto *O** ‖ 46 Millibus *G* ‖ certa *G* c^sata *O** [certa *et in marg.* al cartha *L* carta *Laur. 33, 12 Vatic. 1630*] ‖ 47 *interstitium unius uersus in G, cuius pr., ut uidetur, m. in marg. adscripsit* defic̃. *interstitium nullum in O.* [*interstitium in BCHLΔ Vatic. 1630:* Omnibus et (in *P*) triuiis uulgetur fabula passim *ADP Brit. 11915 Dresd. Ricc. 606: in marg. P adscripta sunt* Seneca suppleuit, *eadem in Ambros. H 46.* Omnibus inque locis celebretur fama sepulti *corrector D Paris. 7990. 8232. 8236*] ‖ 48 *del Handius* ‖ Notescamque *G** ‖ *post* 49 *in V scriptus est uersus* Iocundum cometas florida ut (ū *O*) ageret. *cf. 68, 16* ‖ 50 alli *O* et Scaliger e coniectura:* ali *G* Auli *Westphalius* Deserto in Manli *ω* ‖ 51 Non *G** ‖ 52 in me quo *Doeringius* ‖ torruerit *ω speciose.* in qua me torruerit uenere *Schrader* ‖ 54 Limphaque *O* ‖ oetheis (oe *ex* ee *fecisse uidetur G*[1]) *G* cetheis *O* [*D*, ortheis *AL* oethis *BΔ* cethis *H Laur. 33, 12* otheis *C Vatic. 1630*] ‖ maulia *V* ‖ termopilis *O** termophilis *G* ‖ 55 numula *G* nūmula *O** pupula *Ellisius* ‖ 56 Cessare ne tristique *V* Cessaret *ω* neque tristi *Muretus. Froehlichius interpunctione mutata uu. 57—62 cum u. 63 sqq. coniunxit*

Riuus muscoso prosilit e lapide,
Qui cum de prona praeceps est ual*l*e uolutus,
Per medium densi transit iter populi,
Du*l*ce uiatori *l*asso in sudore leuam*en*
Cum grauis exustos aestus hiulcat agros.
Hic, uelut in nigro iactatis turbine nautis
L*en*ius aspirans aura secunda uenit
Iam prece Pollucis, iam Castoris implorat*a*,
Tale fuit nobis Allius auxilium.
Is cl*u*ssum lato patefecit limite campum,
Isque domum nobis isque dedit domina*e*,
Ad quam communes exerceremus amores.
Quo mea se molli candida diua pede
Intulit et trito fulgentem in limine plantam
Innixa arguta constituit solea,
Coniugis ut quondam flagrans aduenit amor*e*
Protesil*a*eam Laud*a*mia domum
Incepta*m* frustra, nondum cum sanguine sacro
Hostia caelestis pacificasset heros.
Nil mihi tam ualde placeat, rha*m*nusia uirgo,
Quod temere inuitis suscipiatur heris.
Quam ieiuna pium des*id*eret ara cruorem
Docta est amisso Laud*a*mia uir*o*,
Coniugis ante coacta nou*ei* dimittere collum
Quam ueniens una atque altera rursus hiems
Noctibus in longis auidum saturasset amorem,
Posset ut abrupto uiuere coniugio:
Quod sci*r*ant parcae non longo tempore abisse,

59 ualde *V* colle *Santenius* || uoluptus *O** || 60 densi] sensim *Hauptius* || 61 Duce *V* || uiatorum *O** [*Laur. 33, 12*] || basso *V Kiesslingius* salso *Baehrensius* || leuamus *V* || 62 hiultat *O** || 63 Hⁱ (*i. e.* Hic) *G:* H' (*i. e.* Haec) *O** || ueluti nigro *ω* || 64 Leuius *V* || 65 Iam face *Doruillius* || implorate *V* implorati *Heysius* imploratu *Lachmannus* || 66 allius (*in marg.* l' manllius *eadem pr. m.*) *O*:* manlius *G* Manius *Lachmannus* || 67 clussum *scripsi:* classum *G* [*ABHΔ*, classum, *corr* clausum *L*] clausum *O** laxum *Scaliger* || 68 dominae *Froehlichius:* dominam *V* || 69 Vt clam *Schoellius* || comunes *G* || 72 Inixa *O* || 73 amorem *V* || 74 Proth(t *O*)esileam laudomia *V*. Laudamia *h. u. et u. 80 et 105 restituit Vsener.* laodamia *ω* || 75 Incepta *V corr Turnebus.* Incepto *Froehlichius* || 77 ranusia *G* rāmusia *O** || 79 deficeret *V* || 80 laudomia *V, cf. ad u. 74* || uirgo *V** [*Laur. 33, 12*] uiro *in marg. γ* [*idem plurimi boni*] || 81 nouei *scripsi:* nouit *V* [*A Venet. 107*, uouit *BCHLΔ*] noui *Auantius* || collum *G* || 82 hyēms *G* hyemps *O* || 84 abinnupto *O* hinc* absumpto *Baehrensius* || 85 scirant *Luc. Mueller:* scibant *V* scibat *Lachmannus* quem scirant *Peiper* || abesse *ω* adesse *Santenius* obisse *Baehrensius* non longe tempus abesse *Schrader*

Si miles muros isset ad iliacos:
Nam tum Helenae raptu primores Argiuorum
Coeperat ad sese Troia ciere uiros,
Troia (nefas) commune sepulcrum Asiae Europaeque,
Troia uirum et uirtutum omnium acerba cinis:
Quae*ne* eti*am* nostro letum miserabile frat*ri*
Attulit. ei misero frater adempte mihi,
*E*i misero fratri iocundum lumen ade*m*ptum,
Tecum una tota est nostra sepulta domus,
Omnia tecum una perierunt gaudia nostra,
Quae tuus in uita dulcis alebat amor.
Que*m* nunc tam longe non inter nota sepulcra
Nec prope cognatos compositum cineris,
Sed Troia obscena, Troia infelice sepultum
Detinet extremo terra aliena solo.
Ad quam tum properans fertur *simul* undique pubes
Graeca penetralis deseruisse focos,
Ne*i* Paris abducta gauisus libera moecha
Otia pacato degeret in thalamo.
Qu*o* tibi tum casu, pulcerrima Laud*a*mia,
Ereptum est uita dulcius atque anima
Coniugium: tanto te absorbens uertice amoris
Aestus in abruptum detulerat barathrum,
Quale ferunt Grai P*h*eneum prope cylleneum
Siccar*e* emulsa pingue palude solum,
Quod quondam caesis montis fodisse medullis
Aud*i*t falsiparens Amphitryoniade*s*,

86 Simil|es *G** || yliacos *V* || 87 cum *O** || 90 acerba cinis] *cf. Nonius 198* 'Cinis' feminino apud Caesarem et Catullum (Catulum *libri*) et Caluum lectum est, quorum uacillat auctoritas. *cf. etiam 101, 4* || 91 Quaene etiam *Heinsius:* Que uetet id *V* Quae, uae, etiam *ω* Quin etiam id *Huschkius* Quae (uae te) *Scaliger* Quae uel sic *Bergkius* Quae uelut id *Coningto* || frater *V* [*A*, frater al' fratri *B* fratri *ACDHL*] || 92 ei *O** [*D*]: hei *G* || frateter (*lineola subducta corr* G^1) *G* || 93 *uersus suspectus: poetam uersum 68ᵃ, 21 h. l. iterasse ueri simile est.* 93—96 *del Froehlichius* || Hei *V* || iocundumque *O** || limine *O** || adeptum *V** [ademptum *plurimi boni*] || 97 Que *V* || sepulcrea (e *del* G^1) *G** || 101 tuum *G** || simul *add ω: om interstitio non relicto V* cuncta *add Froehlichius* || pupes *O** || 102 Graia *Luc. Mueller* || foccos *O** || 103 Nei *Baehrensius:* Nec *O* [*et plurimi boni*] Ne *G* || pars *O** || mecha *V* || 104 Ocia *G* Octia *O** || paccato *O** || 105 Quod *V* || cum *G** || pulcˢima *O** pulcherima *G* || laudomia *V*, *cf. u. 74* || 108 abruptum (*pro* b *antea fuerat* r, *sed pr. m. ipsa corr*) *G* || depulerat *Heinsius* || baratrum *V* || 109 fuerunt (u *priorem expunxit* G^1) *G** || peneum *V* || cilleneum *V* || 110 Siccare *Schrader:* Siccari *G* Sicari *O** || 112 Audit *Palmerius:* Audet *V* Gaudet *Weisius* || amphi(y *G*)trioniadis *V*

Tempore quo certa stymphalia monstra sagitta
Perculit imperio deterioris heri,
Pluribus ut caeli te*re*retur ianua diuis,
Hebe nec longa uirginitate foret.
Sed tuus altus amor barathro fuit altior illo,
Qui tu*nc* *in*domit*am* ferre iugum docuit.
Nam nec tam carum confecto aetate parenti
Vna caput seri nata nepotis alit,
Qui, cum diuitiis uix tandem inuentus auitis
Nomen testatas intulit in tabulas,
Impia derisi gentilis gaudia tollens
Suscitat a cano uolt*u*rium capiti:
Nec tantum niueo gauisa est ulla columbo
Compar, quae multo dicitur improbius
Oscula mordenti semper decerpere rostro
Qua*m* qu*ae* praecipue multiuola est mulier:
Sed tu *h*orum magnos uicisti sola furores,
Vt semel e*s* flauo conciliata uiro.
Aut nihil aut paulo cui tu*m* concedere digna
Lux mea se nostrum contulit in gremium,
Quam circumcursans hinc illinc saepe Cupido
Fulgebat crocina candidus in tunica.
Quae tamenetsi uno non est contenta Catullo,
Rara uerecundae furta feremus herae,
Ne nimium simus stultorum more molesti:
Saepe etiam Iuno, maxima caelicolum,

---

114 Pertul(ll *G**)it *V* ‖ deterrioris *G** ‖ 115 τ̄reretur (= terreretur) *O* tr͟eerret˜ (*secundam et tertiam litteram lineola subducta del G*[1]) *G** [terreret˜ *A* terr͘etur (u supra e) *L* terretur *ACP*] ‖ 116 Heb'ꝛ (*nescio quid uoluerit*) *O** ‖ 117 baratro *V* ‖ 118 tunc indomitam *Corrad. de Allio:* tuum domitum *V* diuum domitum *ω* tamen indomitam *Heysius* tum te (*ω*) indomitam *Riesius* tunc indomitum *Santenius* Qui uiduam domini *Kiesslingius* toruum (*iam Vossius*) dominum (*ω*) *Baehrensius* durum domitam *Lachmannus* ‖ 119 nec tam (tā) *O* [*D et nonnulli non sinceri*]: nec causa *G* [*ACAP*, nec causa *et in marg.* al. neque tam *B* nec causa, *quod in* neque tam *correctum est, L* neque tam causa *H*] ‖ 121 diuiciis *V* ‖ 122 ceratas *Schrader* ‖ 124 Scuscitata (Scusoitata *G**) cano uoltarium *V* ‖ 125 gauisạ *G** ‖ 126 Compar quae] Comparq̄ *G* Comparqꝫ *O* ‖ improbius *G:* ī probius *O* ‖ 128 Quam quae *ω Vossius:* Quamquam *V* ‖ 129 Sed (Sꝫ *O*) tuorum *V* ‖ 130 efflauo *O** eflauo *G* ‖ 131 paulum *Colocius* ‖ tum *ω Muretus:* tu *V* ‖ 132 contullit *G** ‖ 133 circum cursans *O* ‖ 135 cotēpta catul'o *O** ‖ 137 *Ieremias iudex de Montagnone Paduanus compendii moralium notabilium part. II l. I* Catulus c. 9: 'Ne nimium — molesti'

Coniugis in culpa flagrantem *concoquit iram*
    Noscens omniuoli plurima *fur*ta Iouis.
Atque*i* nec diuis homines compon*ier* aequm est
    . . . .
. . . .
    Ingratum tremuli tolle parentis onus.
Nec tamen illa mihi de*x*stra deducta paterna
    F*r*agrantem assyrio uenit odore domum,
Sed furtiua dedit mira munuscula nocte
    Ipsius ex ipso dempta uiri gremio.
Quare illud satis est, si nobis *i*s datur unis
    Quem lapide illa die*m* candidiore notat.
Hoc tibi quod potui confectum carmine munus
    Pro multis, Al*li*, redditur officiis,
Ne uestrum scabra tangat rubigine nomen
    Haec atque illa dies atque alia atque alia.
Huc addent diui quam plurima, quae Themis olim
    Antiquis solita est munera ferre piis:
S*i*tis felices et tu simul et tua uit*a*
    Et domus, in qua *nos* lusimus et domina,
Et qui principio nobis † terram dedit aufert,
    A quo sunt primo omnia nata bon*a*,
Et longe ante omnes mihi quae me carior ipso est,
    Lux mea, qua uiua uiuere *d*ulce mihi est.

---

139 concoquit iram *Lachmannus:* quotidiana (cotidiana *O* [*BCΔ*]) *V* continet iram *Santenius* condidit iram *Pohlius* contudit iram *Hertzbergius* ‖ 140 furta *ω:* facta *V* ‖ 141 Atque *V*, *hinc* Atquei *reuocaui:* Atqui *uel* At quia *ω* ‖ componere *V* ‖ eqū *O** equum *G* ‖ *post* 141 *lacunam indicauit Marcilius* ‖ 142 tremulist illa *Lachmannus* ‖ 143 tandem *Baehrensius* Non etenim *Froehlichius* ‖ dexstra *scripsi:* deastra *V* decstra *Ellisius* dextra *ω* claustris — paternis *Schoellius* ‖ 144 Flagrantem *V*, *cf. 6, 8* ‖ 145 muta *Heysius* rara *Hauptius* nigra *ω* ‖ 147 his (hiis *O*) *V** ‖ unus *ω* ‖ 148 dies *V* ‖ candiore *O**. Quem lapide illa notat candidiore, dies *Baehrensius* ‖ 149—160 *a praecedentibus separauit Riesius* ‖ 149 Hoc *G:* Haec (h') *O** ‖ quo *Muretus* ‖ 150 Alli *Scaliger:* aliis *V* Manli *ω* ‖ 153 plurimaqꝫ themis *O* ‖ 155 Satis *V* seitis *Baehrensius* ‖ uite *V* ‖ 156 nos *ω: om V.* ipsi (ipsa *ω* ipse *Scaliger*) in qua *Pantagathus* ‖ 157 et 158 *uersus grauiter corrupti necdum sanati. uu. 157 et 158 Doeringius ut spurios deleuit. alii de disticho in alium locum collocando cogitarunt.* ‖ 157 nobis te trandedit (transdedit, tradidit *alii*) *Scaliger* nobis dominam (teneram, caram *alii*) *aldinae* nobismet eram *ego olim* ‖ aufert] Oufens *Scaliger* Anser *Heysius* Afer *Munro* auspex *Lipsius* auctor *ω Rossbachius* a quo Sunt primo nobis omnia nata bona *ω* Dum, qui principio nobis terram dedit (*Iuppiter scilicet*), aufert, A quo *Vahlenus* ‖ 158 primo mi *Hauptius* ‖ bono *V* omnia nostra bona *Schoellius* ‖ 160 michi dulce est *V*

69 Noli admirari quare tibi femina nulla,
Ru*f*e, uelit tenerum supposuisse femur,
No*n* *si* illam *r*arae labefactes munere uestis
Aut perluciduli deliciis lapidis.
Laedit te quaedam mala fabula, qu*a* tibi fertur
Valle sub alarum trux habitare caper.
Hunc metuunt omnes. neque mirum: nam mala ualde est
Bestia, nec *q*uicum bella puella cubet.
Quare aut crudelem nasorum interfice pestem,
Aut admirari desine cur fugiunt.

70 Nulli se dicit mulier mea nubere malle
Quam mihi, non si se Iupiter ipse petat.
Dicit: sed mulier cupido quod dicit amanti
In uento et rapida scribere oportet aqua.

71 Si qu*oi* *iure* bono sac*er* *ala*rum obstitit hircus,
Aut si quem merito tarda podagra sec*at*,
Aemulus iste tuus, qui uestrum exercet amorem,
Mirifice est a te nactus utrumque malum.
Nam quotiens futuit totiens ulciscitur ambos:
Illam affligit odore, ipse perit podagra.

72 Dicebas quondam solum te nosse Catullum,
Lesbia, nec prae me uelle tenere Iouem.

---

69 *Interstitium unius uersus V. inseruit titulum* In Rufum *g* [In Ruffum *ACHLΛ*] ‖ 2 Ruffe *V* ‖ 3 Non si illam rarae *Auantius:* Nos illa mare *V* carae *Ellisius* coae *Baehrensius* ‖ 5 que *V corr g* ‖ 6 Vale *O* ‖ suballarum *G corr g* ‖ 8 nec cui cum *V* ‖ 10 cum *Froehlichius* ‖ frigiunt *O** fugiant *ω Auantius*

70 *Interstitium nullum V* ‖ 1 male *O* ‖ 4 in uino *Gifanius*

71 *Interstitium nullum V* ‖ 1 Si qua *V Munro* ‖ iure bono *Palladius:* uiro bono *V* Virro *Parthenius* Virro, homini *Guarinus* ‖ sacer alarum *ω:* sacrorum *G* sactorum (*h. e.* sacratorum) *O*, quod Baehrensius recepit* ‖ 2 quam *V* qua *Munro* ‖ podraga *G** ‖ secūt *O** secum *G* ‖ 3 nostrum *g** iste putus qui nostrum *Schoellius* ‖ 4 a te (ate *V*) *uix sanum.* Atei *Heysius* apte *Schoellius* Mirifico est fato *Hermannus* certe *Peiper* ‖ utrunque *G* ‖ 5 quociens *V* ‖ tociens *V* ‖ 6 podraga *G**

72 *Interstitium V. inseruit* Ad lesbiam *g* ‖ 2 prae me [*ABCDLΛ*]: per me *G** prime *O**

Dilexi tum te non tantum ut uulgus amicam,
Sed pater ut gnatos diligit et generos.
Nunc te cognoui: quare etsi impensius uror,
Multo *mi* tamen es uilior et leuior.
Qui potis est? inquis. qu*od* amantem iniuria talis
Cogit amare magis, sed bene uelle minus.

73 **D**esine de quoquam quicquam bene uelle mereri
Aut aliquem fieri posse putare pium.
Omnia sunt ingrata, nihil fecisse benigne
Prodest: immo etiam taedet obestque magis:
Vt mihi, que*m* nemo grauius nec acerbius urget
Quam modo qui me unum atque unicum amicum habuit.

74 **G**ellius audierat patruum obiurgare *so*lere,
Siquis delicias diceret aut faceret.
Hoc ne ipsi accideret, patrui perde*p*suit ipsam
Vxorem et patruum reddidit Harpocratem.
Quod uoluit fecit: nam, quamuis irrumet ipsum
Nunc patruum, uerbum non faciet patruus.

75 **H**uc est mens deducta tua, mea Lesbia, culpa,
Atque ita se officio perdidit ipsa suo,

---

6 Multo ita me nec uilior *V* ‖ 7 quam *V* quia *Statius* ‖ 8 *Donatus ad Ter. Andr. 4, 3, 3:* amicus animi, amator uero corporis. non enim continuo amor est qui bene uult .... et item Catullus 'Cogit — minus'

73 *Interstitium nullum V* ‖ 1 quisquam *V* ‖ 4 Prodest *add Auantius, Guietus, Froehlichius, alii: om V* Iam iuuat *add Munro* Iuuerit *add Baehrensius* ‖ imo *G* ‖ laedit *Froehlichius* ‖ obestque *V*:* [stetque *ABCDΔ* stetque *et in marg.* al. obest *L*] ‖ magisque magis *V* Immo etiam taedet, taedet obestque magis *Auantius* ‖ 5 Vae *ω* ‖ michi que *G* mqꝫ (i *sscr*) *O* ‖ 6 habuit *O:* habet *G* [habuit amicum *Laur. 33, 12*]

74 *Interstitium nullum V* ‖ 1 Gel^li^us (l *alteram sscr m. pr.*) *O* [Gellius *Laur. 33, 12*]: Lelius *G* [*BDΔP*, Lellius *AL* Lelius *et in marg.* ł Gellius *BC* Gelius *H*] ‖ flere *V* ‖ 3 H' (*h. e.* haec) *O** ‖ perdespuit *V corr Scaliger* ‖ 4 reddit *O** ‖ harpocrathem *G*

75 *Nullum interstitium V* ‖ 1 Huc] Nunc *liber Cuiacianus* (*quem hodie Henr. Alanus possidet*) *non sincerus. qua scriptura recepta Scaliger carmina 87 et 75 in unum carmen coniunxit* ‖ Nunc — diducta *Lachmannus* ‖ 2 *glossa pithoeana p. 70 Gothofr.* 'officiperdi' qui sui laboris non habent remunerationem. Catullus. *sed haec glossa non respexit Catullum, potius Catonis qui dicitur dist. 4, 42*

Vt iam nec bene uelle que*a*t tibi, si optuma fias,
Nec desistere amare, omnia si facias.

76 Siqua recordanti benefacta priora uoluptas
Est homini, cum se cogitat esse pium,
Nec sanctam uiolasse fidem, nec foedere *i*n ullo
Diuum ad fallendos numine abusum homines,
Multa parata manen*t* in longa aetate, Catulle,
Ex hoc ingrato gaudia amore tibi.
Nam quaecumque homines bene cuiquam aut dicere possunt
Aut facere, haec a te dictaque factaque sunt:
Omnia quae ingratae perierunt credita menti.
Quare cur *tu* te iam amplius excrucies?
Qui*n* *tu* animo offirmas atque *i*stinc teque reducis
Et de*i*s inuitis desinis esse miser?
Difficile est longum subito deponere amorem.
Difficile est, uerum hoc qu*a* lubet efficias:
Vna salus haec est, h*o*c est tibi peruincendum:
H*o*c facias, siue id non pote siue pote.
O dii, si uestrum est misereri, aut si quibus umquam
Extrema*m* iam ipsa *in* morte tulistis opem,
Me miserum aspicite et, si uitam puriter egi,
Eripite hanc pestem perniciemque mihi,

---

3 queat *Lachmannus:* que tot *V* queam *ω* ‖ optuma *O*:* optima *G*

76 *Nullum interstitium V* ‖ 1 Sique *O** ‖ 3 uiolase *O** ‖ federe nullo *V* ‖ 5 manenti in *G* manētū in *O** manent cum *Baehrensius* manent iam in *Munro* manent longa pietate *Riesius* ‖ catulli *G*, corr G*[1] ‖ 6 Exh' (h' = haec) *O** ‖ amore] auicere *O** ‖ 8 sint *O** ‖ 9 Omniaque *V Luc. Mueller* ‖ ingrata *G** (a *posterior in rasura; ultimam litteram prius* e *fuisse non est ueri simile*) ‖ 10 tu *add Schoellius: om V.* iam te cur *uel* te iam cur *ω* cur te iam iam (*uel* te te iam) *Baehrensius* cur te nunc *Riesius* ‖ excrucias *ω* ‖ 11 Qui *V* ‖ tui *V** [tu *ceteri boni*] ‖ offirmas *V** [affirmas *ceteri boni*] te animo offirmas *Raphelengius* tu animum offirmas *Statius* ‖ itaque *Scaliger* tuaque *Froehlichius* ‖ istinc teque *Heinsius:* instincteque *O** [*Harl. 2574,* istinctͦeque *Vicet.*] instinctoque *G* [*BCΔP*] istinc tete *Baehrensius* istinc te ipse *Ellisius* teque (*ω*) istinc tute *Heysius* ‖ 12 des *V* ‖ 13 *Ieremias iudex de Montagnone Paduanus compendii moralium notabilium part. IIII libr. V* (Catulus) *c. 12* 'Difficile — amorem' ‖ 14 hoc *G:* h' *O** ‖ quam *V* ‖ officias *O* ‖ 15 hec (h' *O*) est, hec (h' *O*) est *V** [*ceteri boni loco posteriore* hoc *praebent*] ‖ 16 Hec (H' *O*) *V** [Hoc *ceteri boni*] ‖ sine id *O** ‖ 17 miseri *O** ‖ unquam *G* ‖ 18 Extremo *V** [Extrema *ABCHΔ*] ‖ ipsa in *ω:* ipsam *V* ipsa *ω*

Quae mihi subrepens imos ut *torpor* in artus
Expulit ex omni pectore laetitias.
Non iam illud quaero, contra *ut* me diligat illa,
Aut, quod non potis est, esse pudica uelit:
Ipse ualere opto et taetrum hunc deponere morbum.
O dei, reddite m*i* hoc pro p*i*etate mea.

77 Ru*f*e mihi frustra ac nequicquam credite amice
(Frustra? immo magno cum pretio atque malo),
Siccine subrep*s*ti mei atque intestina perurens
*E*i misero eripuisti omnia nostra bona?
Eripuisti, *e*heu nostrae crudele uenenum
Vitae, *e*heu nostrae pest*i*s amicitiae.

78 Gallus habet fratres, quorum est lepidissima coniunx
Alterius, lepidus filius alterius.
Gallus homo est bellus: nam dulces iungit amores,
Cum puero ut bello bella puella cubet.
Gallus homo est stultus nec se uidet esse maritum,
Qui patruus patrui monstret adulterium.

. . . .
. . . .
Sed nunc id doleo quod purae pura puellae
Sa*u*ia con*mi*nxit spurca saliua tua.

21 Quae *ω:* Seu *V* Heu *ω* Hei *Lachmannus* Haec *Statius* Sei *Ellisius* || surrepens *G* || corpore *V* || 22 leticias *V* || 23 ut me *uel* me ut *ω:* me ut me *V* || 26 dei *V*:* [dii *ceteri*] || michi *V** || h' *O** || proprietate(*sic O quoque*) *V*

77 *Interstitium unius uersus V: inseruit* Ad Rufum *g* [*BC*, Ad Ruffum *AHLΔ*] || 1 Ruffe *V* || amice *O** [*Harl. 2574*]: amico *G* [*et ceteri*] || 2 imo *G* || precio *V* || 3 subrepti *O* subrecti *G* || 4 Ei *Lachmannus:* Si *V* Mi *uel* Sic *ω* || 5 Heripuisti *G** [*A*] || 5. 6 eheu *Baehrensius:* he heu *G** heu *O* [*Harl. 2574 Vicet.*, 5 heu — 6 heu heu *BHΔP* heu heu *bis CDL*] || crudelle *G*, *corr G*[1] || 6 eheu] *u. ad u. 5* || nostre *O:* nostro *G* || pectus *V* || amicicie *V*. *cum 77, 6 duo disticha in libris post 78, 6 posita coniunxit Scaliger*

78 *Interstitium nullum V* || 4 puela *O** (*in G* 1 *posteriori punctum est superscriptum*) || cubit *O** || 7—10 *a praecedentibus seiunxit Statius: cum u. 6 cohaerent V. eos post 77, 6 posuit Scaliger, post 80, 8 Bergkius, post 91, 10 Corrad. de Allio* || 8 Sania *V** || conminxit *Scaliger* (cominxit, comixit *alii*)*:* cõiunxit *G* 9nuxit *O**

Verum id non impune feres: nam te omnia saecla
Noscent et qui sis fam*a* loquet*ur* anus.

79 Lesbius est pulcer: quid *ni*? que*m* Lesbia malit
Quam te cum tota gente, Catulle, tua.
Sed tamen hic pulcer uendat cum gente Catullum,
Si tria notorum sauia reppererit.

80 Quid dicam, Gelli, quare rosea ista labella
Hiberna fiant candidiora niue,
Mane domo cum exis et cum te octaua quiete
E molli longo suscitat hora die?
Nescio quid certe est: an uere fama susurrat
Grandia te medii tenta uorare uiri?
Sic certe est: clamant Victoris rupta miselli
Il*ia*, et emulso labra notata sero.

81 Nemone in tanto potuit populo esse, *Iu*uenti,
Bellus homo quem tu diligere inciperes
Praeterquam iste tuus moribunda ab sede Pisauri
Hospes inaurata pallidior statua?
Qu*i* tibi nunc cordi est, quem tu praeponere nobis
Audes et nescis qu*o*d facinus facias.

---

9 Verum id non *O:* Verum non id *G** [Id uerum non *ABCDHAP*] ‖ seda *O** ‖ 10 Nosscent *G** ‖ quis scis *G* ‖ fama loquetur anus *Calpurnius:* famuloque tanus *O* [*BAP Vatic. 1630* f. tamis *H*] famuloque canus *G** [*Burn. 133*] famuloque tenus *CL* famulosque tenus *D*]

79 *Nullum interstitium V* ‖ 1 Lebius *O*, corr pr. m.* ‖ pulcher *G* ‖ quid inquam *V* ‖ mallit *G* ‖ 3 pulcher G ‖ 4 notorum *O* Auantius Scaliger:* natorum *G* amatorum *ω* aratorum *Peiper* nostrorum *Schoellius* ‖ sania *O** ‖ reppererit *O*:* repererit *G*

80 *Interstitium unius uersus V: inseruit* Ad Gellium *g* ‖ 1 quare] q̃ꝛ *O* ‖ 2 Hyberna *G* [Hiberna *CDL*] Ruberna *O** ‖ 3 exisset cum *V* ‖ 6 tanta (tāta *O*) *V* ‖ 8 Ilia et emulso *Pierius Valerianus et Gabriel Faernus:* Ille te mulso *V* Ilia ab emulso *Baehrensius*

81 *Interstitium nullum V* ‖ 1 Nemo ne *V* ‖ uiuenti *V* ‖ 2 quam *O** ‖ 3 *Vibius Sequester in u.* Pisaurus: Pisaurus, a quo ciuitas Pisauria [de qua Catullus ʻmoribunda sede Pisauriʼ], decurrit in hadriaticum mare: *sed uerba uncis inclusa in codice uaticano 4929 s. x, omnium qui supersunt codicum fonte, desunt fideque carent* ‖ ab *V** [*cum paucis*]: [a *plerique*] ‖ pisanum *O** ‖ 5 Quid *V* ‖ nuc *G** ‖ 6 et] a *uel* at *ω* en *Baehrensius* ‖ quid *V*

82 *Q*uinti, si tibi uis oculos debere Catullum
Aut aliud siquid carius est oculis,
Eripere ei noli multo quod carius illi
Est oculis seu quid carius est oculis.

83 Lesbia mi praesente uiro mala plurima dicit:
Haec illi fatuo maxima laetitia est.
Mule, nihil sentis. si nostri oblita taceret,
Sa*n*a esset: nunc quod gannit et obloquitur,
Non solum meminit, sed, quae multo acrior est res,
Irata est: hoc est, uritur et *c*oquitur.

84 *C*hommoda dicebat, si quando commoda uellet
Dicere, et insidias Arrius *h*insidias,
Et tum mirifice sperabat se esse locutum
Cum quantum poterat dixerat *h*insidias.
Credo, sic mater, sic liber auunculus eius,
Sic maternus auus dixerat atque auia.
H*o*c misso in Syria*m* requierant omnibus aures:
Aud*i*bant eadem haec leniter et leuiter,
Nec sibi postilla metuebant talia uerba,
Cum subito affertur nuntius horribilis
Ionios fluctus, postquam illuc A*r*rius isset,
Iam non ionios esse, sed *h*ionios.

---

82 *Interstitium nullum V* || 2 Aud *O** || 4 si *Auantius* sei *Bergkius*

83 *Interstitium nullum V* || 2 Hec (h' *O* = hec) *V* [*D Laur. 33, 12*]: [Hoc *CHLA*] || leticia *V* || 3 Mulle *G* || 4 Samia *G* Sanna *O** [Samia *et in marg.* al sana *L*] || 6 h' (= haec) *O** || oritur *O** || coquitur *Lipsius:* loquitur *V*

84 *Interstitium nullum V. Quintilianus instit. orat. 1, 5, 20:* H litterae ratio mutata cum temporibus est saepius. parcissime ea ueteres usi etiam in uocalibus, cum oedos ircosque dicebant. diu deinde seruatum ne consonantibus adspirarent, ut in Graccis et in triumpis: erupit breui tempore nimius usus, ut choronae chenturiones praechones adhuc quibusdam inscriptionibus maneant, qua de re Catulli nobile epigramma est || 1 Commoda *V* || 2 arrius *O* [*CDLP*]: a^s^rius *G* [*AB*, arius *A Vatic. 1630* aruis *H*] || hinsidias] insidias he (hee *O*) *V** [insidias haec (haec *mihi uidebatur esse correctoris*) *L*, insidias *ceteri*] || 3 *et* 4 *post 10 collocati in V* || 4 insidias *V* || 5 liber *V Passeratius:* Liber ω Cimber *Heinsius* Vmber *Riesius* || ei⁹ est *V* || 7 H' (= Hec) *O* [*P Laur. 33, 12*] Hic *G* [*ACHA*, Hic *et in marg.* al hoc *L*] || sy(i *O*)ria *V* || 8 Audiebant *V* || 9 post illa *V* || 10 nuncius *O* mincius *G** || 11 [posquam *D*] || illic (*corr m. pr.*) *O** || artius *G* arcius *O** || esset *G** || 12 esset *O** || ionios *V*

85 Odi et amo. quare id faciam fortasse requiris.
Nescio, sed fieri sentio et excrucior.

86 Quintia formosa est multis, mihi candida longa
Recta est. haec ego sic singula confiteor,
Totum illud 'formosa' nego: nam nulla uenustas,
Nulla in tam magno est corpore mica salis.
Lesbia formosa est, quae cum pulcerrima tota est,
Tum omnibus una omnis subripuit Veneres.

87 Nulla potest mulier tantum se dicere amatam
Vere quantum a me Lesbia amata mea *es*:
Nulla fides ullo fuit umquam *in* foedere tant*a*
Quanta in amore tuo ex parte reperta mea est.

88 Quid facit is, Gelli, qui cum matre atque sorore
Pr*u*rit et abiectis peruigilat tunicis?
Quid facit is patruum qui non sinit esse maritum?
E*c*quid scis quantum suscipiat sceleris?
Suscipit, o Gelli, quantum non ultima *Tethy*s
Nec genitor nympharum abluit Oceanus:
Nam nihil est quicquam sceleris quo prodeat ultra,
Non si demisso se ipse uoret capite.

89 Gellius est tenuis: quid ni? cui tam bona mater
Tamque ualens uiuat tamque uenusta soror

---

85 *Interstitium nullum V* ‖ 1 nequiris *O** ‖ 2 si *O**
86 *Interstitium nullum V* ‖ 1 loga *O** ‖ 2 singul̥la (l *suppunxit G*[1]) *G* ‖ 4 *Quintilianus 6, 3, 18* Salsum in consuetudine pro ridiculo tantum accipimus: natura non utique hoc est, quamquam et ridicula oporteat esse salsa. nam . . . . et Catullus, cum dicit 'Nulla est in corpore mica salis' non hoc dicit nihil in corpore eius esse ridiculum ‖ 5 pulc^s^ima *O** pulcherrima *G* ‖ 6 omnis *O*:* omnes *G* ‖ subripuit *O* [*D Vatic. 1630*]: surripuit *G* [*et plerique*]
87 *Interstitium nullum V* ‖ 1 pone *G** ‖ 2 es *Scaliger:* est *V* ‖ 3 nullo *ω* ‖ unquam *G* ‖ in *add Doeringius: om V* ‖ federe tanto *V* ‖ 4 Quantam in *O** ‖ tuo] meo *Froehlichius* illo *Baehrensius. hoc carmen carmine 75 continuandum esse coniecit Scaliger*
88 *Interstitium nullum V* ‖ 2 ₽rurit (= Prorurit) *O** Proruit *G* ‖ 3 facis *O** ‖ 4 Et quid *V* Ecqui *Lachmannus* ‖ sis *O** ‖ 5 thetis *V* ‖ 6 lympharum *Luc. Mueller* ‖ occeanus *V*
89 *Interstitium V: inseruit* In Gellium *g* ‖ 1 Tellius *O**

Tamque bonus patruus tamque omnia plena puellis
Cognatis, quare is desinat esse macer?
Qui ut nihil attingat, nisi quod fas tangere non est,
Quantumuis quare *s*it macer inuenies.

Nascatur mag*u*s ex Gelli matrisque nefando
Coniugio et discat persicum aruspicium:
Nam mag*u*s ex matre et gnato gignatur oportet,
Si uera est Persarum impia rel*l*igio,
G*r*atus ut accepto ueneretur carmine diuos
Om*en*tum in flamma pingue liquefaciens.

91 Non ideo, Gelli, sperabam te mihi fidum
In misero hoc nostro, hoc perdito amore fore
Quod te cognossem bene constantemue putarem
Aut posse *a* turpi mentem inhibere probro,
Sed neque quod matrem nec germanam esse uidebam
Hanc tibi cuius me magnus edebat amor.
Et quamuis tecum multo coniungerer usu,
Non satis id causae credideram esse tibi.
Tu satis i*d* duxti: tantum tibi gaudium in omni
Culpa est in quacumque est aliquid sceleris.

92 Lesbia mi dicit semper male nec tacet umquam
De me: Lesbia me dispeream nisi amat.

---

4 mater *V* ‖ 5 attingit *ω* *Scaliger* ‖ 6 fit *V*

90 *Interstitium nullum V* ‖ 1 magnus *V* ‖ 3 magnus *V* ‖ opportet *O* ‖ 4 religio *V* ‖ 5 Gratus *Luc. Mueller:* Gnatus *V* ‖ 6 Omnetum *G* Quītū *O** ‖ flama *G*

91 *Interstitium nullum V* ‖ 3 te non nossem *Auantius* ‖ 4 a] aut *V* ‖ mente *O* ‖ 5 Sed quod nec *ω* ‖ 9 in duxti *G* induxti *O*

92 *Interstitium nullum V:* In Cesarem *in marg. add g, de O u. ad u. 4. Gellius 7, 16, 2* Cum esset uerbum 'deprecor' doctiuscule positum in Catulli carmine, quia id ignorabat, frigidissimos uersus esse dicebat, omnium quidem iudicio uenustissimos, quos subscripsi 'Lesbia mi dicit — uerum dispeream nisi amo'. 'Deprecor' hoc in loco uir bonus ita esse dictum putabat ut plerumque a uulgo dicitur *cet.* 1 Esbia (*prima littera ut in carminis initio rubricatori reseruata*) *O* Lesuia (*item u. 2*) *Gellii Vatic. 3452 s.* XIII (*ceteri boni codd. in hac Gellii parte deficiunt*) ‖ mala *ω* *Westphalius* ‖ unquam *G* ‖ 2 amat *O* [*DH Laur. 33, 12 Vatic. 1630*] *Gellius:* amo *G* [*ACA* amo *sscr* al. amat *B* amo *et in marg.* al amat (*postea corrector nota marginali deleta in textu* amo *in* amat *mutauit*) *L*]

Quo signo? quia sunt totidem mea: deprecor illam
Assidue, uerum dispeream nisi amo.

93 Nil nimium studeo, Caesar, tibi uelle placere,
Nec *sci*re utrum sis al*b*us an a*t*er homo.

94 Mentula moechatur. moechatur mentula certe.
Hoc est, quod dicunt, ipsa olera olla legit.

95 *Zm*yrna mei Cinnae nonam post denique messem
Quam coepta est nonamque edita post hiemem,
Milia cum interea quingenta Hortensius uno
. . . .
*Zm*yrna ca*u*as Satrachi penitus mittetur ad undas,
*Zm*yrnam cana diu saecula peruolu*en*t.

---

3 *et* 4 *habent Gellius et O* [*L* (*sec. m.*) *P Ambros. I 67 Harl. 2574 Paris. 8232. 8236 Commelinianus Dresd. Laud. Vicent., in Ambros. D 24 ei post 96, 6 leguntur*]: *eos omittunt G* [*ABCDHL* (*m. pr.*) *A Laur. 33, 12 Paris. 7990 Riccard. 606 Vatic. 1630 Cuiac. Britann. 11674. 11915 Burn. 133*] ‖ 3 quia sunt *O* [*L* (*m. sec.*) *P Ambr. I 67 Harl. Paris. 8232. 8236 Dresd. Laud. Vicent.*]: quia sin *Gellii Vatic. 3452 s. XIII* (*et Scioppii uetus codex*) quas (*uel* quasi) in *Gellii ceteri* ‖ eadem *Riesius* ‖ mea [*Commel. Laud. Vicent. Ambros. D 24*]: ea *O* [*L* (*m. sec.*) *P Ambros. I 67 Harl. Dresd.*] *et libri Gellii* [me *Paris. 8232* quae *et in marg.* mea *Paris 8236*] quia sentio idem: nam *Froehlichius* ‖ 4 uerum *libri Gellii:* uero (ūō) *O* [*L* (*m. sec.*) *Paris. 8232* non *Ambros. I 67 Harl. Dresd.*]

93 *Interstitium nullum V. Quintilianus inst. orat. 11, 1, 38* Negat se magni facere aliquis poetarum utrum Caesar ater an albus homo sit, insania: uerte ut idem Caesar de illo dixerit, adrogantia est ‖ 1 belle *Vsener* ‖ 2 si ore utrum si saluus an alter *V*

94 *Interstitium nullum V* ‖ 1 Mentulia (*puncta add G*[1]) *G* ‖ mechatur *bis V* ‖ metula *O** mentula: certe. *Scaliger* mentula . certe Hoc est *Kochius*

95 *Interstitium nullum V. Philargyrius ad Verg. ecl. 9, 35* Cinna Smyrnam scripsit, quam nonum post annum, ut Catullus ait, edidit. id quod et Quintilianus [*10, 4, 4*] ait (*cf. comment. Horat. Cruq. p. 635*) ‖ 1 Zinirna *V* ‖ crine *O** ‖ m̄sem *O** ‖ 2 cepta *V* ‖ hyemem *G* ‖ 3 Millia *G* ‖ in terrea *G** ‖ ortensius *O* [*D*]. *de ueritate u.* Hortensius *multi dubitauerunt.* Tanusius uno Versiculorum anno quolibet ediderit *Froehlichius* Hortensius uno miretur Volusi carmina facta die *Peiper* ‖ 4 *interstitium nullum V* ‖ 5 Zinirna canas *V* ‖ sacrachi *G** ‖ inittetur *G** ‖ 6 Zinirnam *V* ‖ peruoluit *V*

At Volusi annales Paduam morientur ad ipsam
Et laxas scombris saepe dabunt tunicas.
Parua mei mihi sint cordi monumenta *sodalis*:
At populus tumido gaudeat *A*ntimacho.

96 Si quicquam mut*e*is gratum acceptumue sepulcris
Accidere a nostro, Calue, dolore potest,
Quo desiderio ueteres renouamus amores
Atque olim missas flemus amicitias,
Certe non tanto mors immatura dolore*i*st
Quintiliae quantum gaudet amore tuo.

97 Non (ita me dii ament) quicqu*am* referre putaui
Vtrum*ne* os an culum olfacerem Aemilio.
Nilo mundius hoc, nihiloque inmundi*or* ill*e*,
Verum etiam culus mundior et melior:
Nam sine dentibus est. *os* dentis ses*qu*i*p*edalis,

---

7 Aduam *Vossius* Capuam *Passeratius* || 9 *et* 10 *a praecedentibus seiunxit Statius* || 9 sodalis *add aldina a. 1502: om V.* Philetae *Bergkius* Phanoclis *Rossbachius* poetae *Guarinus* laboris *ω* sint Cinnae cordi monumenta *Baehrensius* || 10 populus ul' tu timido *O** || eutimacho *V*

96 *Interstitium nullum V* || 1 muteis *scripsi:* mutis et *V* mutis *ω* || acceptumque *ω* || 3 Quo *G:* Que *O** Quei *Baehrensius* Quom *Guarinus* || (renouam̃ *O i. e.* renouamus) reuocamus *Peiper* || 4 Atque (*supra* que *G*[1] *scripsit* qз) *G* || amissas *ω* scissas *ego conieci* obitu scissas *Pleitner* Atque discissas *Baehrensius* Orco mersas *Hauptius* Et quo dimissas *Kiesslingius* || 5 ī matura (ımat. *O*) *V* || doloreist *Ellisius:* dolor est *V* [dolore est *CL*] dolorist *Hauptius* || 6 Quintile *V**, *corr G*[1]

97 *Interstitium nullum V* || 1 quicquid *V* || 2 Vtrumne *Auantius:* Vtrum *V* Vtrum culum anne os *Peiper* || culu ol facerem *O** || 3 Nil omundius *O** Nilommundius *G** [Ni(c)hilo mundius *ACL* (*in textu*) *Laur. 33, 12* Nihil (Nil *H* Nil est *P*) mundius *BHΛP Vatic. 1630* Nilo mundius *Paris. 8232* (*in marg.*) Nihil īmundius *L* (*in marg.*) Nihilo mundior *D**] || nl'oqз *O** (*in O saepe* nl' = nihil, nichil) [nihiloque *L* (*in marg.*) *Cuiac. Britann. 11674 Burn. 133 Paris. 8232* (*in marg.*) *Paris. 8236* (*in marg.*) nihloque *Britann. 11915* nihilo *D*]: nobisque *G* [*ABCHL* (*in textu*) *ΛP Paris. 8236* (*in textu*)] || inmundior ille *Lachmannus:* īmundius (ī mūdius *G*) illud *V* [illo *Paris. 8236* ille *Burn. 133*, inmundior illo *D**] Nil immundius hoc nilque est immundius illo *Guarinus* Nil immundius hoc, nihil est immundius illo *aldinae* Nilo mundius hoc nobis quam immundius illud *Statius* Nil immundius hoc, nihiloque est mundius illud *Froehlichius* Nil immundius hoc nihiloque immundius illud *Scaliger* || 5 os *Froehlichius:* hic *V* sine dentibus hic: dentis os *Rossbachius* [hic dentis os (hos *D*) *D Ricc. 606 Britann. 11915*] || seseque dedalis *V*

Gingiuas uero ploxen*i* habet ueteris,
Praeterea rictum qualem d*i*ff*i*ssus in aest*u*
Meientis mulae cunnus habere solet.
Hic futuit multas et se facit esse uenustum,
Et non pistrino traditur atque asino?
Quem siqua attingit, non illam posse putemus
Aegroti culum lingere carnificis?

98 In te, si in quemquam, dici pote, putide Victi,
Id quod uerbosis dicitur et fatuis:
Ista cum lingua, si usus ueniat tibi, possis
Culos et crepidas lingere carpatinas.
Si nos omnino uis omnes perdere, Victi,
*H*iscas: omnino quod cupis efficies.

99 Surripu*i* tibi, dum ludis, mellite Iuuenti,
S*a*uiolum dulci dulcius ambrosi*a*.
Verum id non impune tuli: namque amplius horam
Suffixum in summa me memini esse cruce,
Dum tibi me purgo nec possum fletibus ullis
Tantillum uestrae demere saeuitiae.
Nam simul id factum est, multis diluta labella

---

6 ploxeni *uel* ploxini *Vossius:* ploxonio *G* ploxnio *O**. *cf. Quintil. inst. or. 1, 5, 8* (*de generibus barbarismi*) quale fit si quis afrum uel hispanum latinae orationi nomen inserat, . . . sicut Catullus 'ploxenum' circa Padum inuenit *et Festum 230 M.* Ploxinum appellari ait Catullus capsum in cisio capsamue (capsaue *codex*), cum dixit 'gingiuas uero ploxini habet ueteris'. *cf. Paul. 231 M.* Ploxinum (*sic guelferbytanus liber*, ploximum *libri ceteri*) capsam dixerunt ‖ 7 diffissus *Statius:* deffessus *O* defessus *G* ‖ estum *V* ‖ 8 Megentis *V** [Meientis *ceteri*] ‖ mulle *G** ‖ cōmis *O**, *unde* connus *Ellisius* ‖ 9—12 *separauit a praecedentibus Lachmannus* ‖ 9 H' (*i. e.* Hec) *O** [Nec *D*] ‖ facit *O:* fecit *G* ‖ 10 pristrino *O** *Baehrensius* ‖ 11 siq̃ *O*

98 *Interstitium nullum V* ‖ 1 inquam quam *V* [inquam quam *et in marg.* ał ī quenquam *L*] ‖ pote *om O** ‖ 1 *et* 5 Victi *nomen corruptum.* Vetti *Statius* Vitti *Hauptius* ‖ 4 carpatinas [*ACL*]: carpatiās *G* carpātiās *O** carpatians al. carpatinas *B* carpatiãs *Δ*] ‖ 5 uos *O** ‖ 6 Hiscas *Vossius:* Discas *V*

99 *Interstitium nullum V* ‖ 1 Surripuit *G* Sũmpuit *O** ‖ *utrum* uiuenti *an* iuuenti *scriptum sit in O discerni non potest, in G uix potest: litterarum ductus priori fauent, apices* i *litterarum posteriori* ‖ 2 Suauiolum *V*, *cf. u. 14* ‖ ambrosio *O Naekius ad Val. Cat. p. 238* amrosio *G** *cf. u. 13* ‖ 4 Sufixum *O** ‖ 6 seuicie *V* ‖ 7 id] ad *G**

*A*bstersti guttis omnibus articulis,
Ne quicquam nostro contractum ex ore maneret,
Tamquam commictae spurca saliua lupae.
Praeterea infesto miserum me tradere Amori
Non cessasti omnique excruciare modo,
Vt m*i* ex ambrosi*a* mutatum iam foret illud
Sauiolum tristi tristius elleboro.
Quam quoniam poenam misero proponis amori,
Numquam iam posthac basia surripiam.

100 Caelius Aufilenum et Quintius Aufilenam
Flos ueronensum deper*eunt* iuuenum,
Hic fratrem, ille sororem. hoc est, quod dicitur, illud
Fraternum uere dulce sodalicium.
Cui faueam potius? Caeli, tibi: nam tua nobis
Per f*a*cta *e*xi*b*it*a* est unica amicitia,
Cum uesana meas torreret flamma medullas.
Sis felix, Caeli, sis in amore potens.

101 **M**ultas per gentes et multa per aequora uectus
Aduenio has miseras, frater, ad inferias,
Vt te postremo donarem munere mortis

---

8 Abstersti guttis *aldina a. 1502:* Guttis abstersti *O** Guttis astersi *G* [*A Laur. 33, 12,* Guttis abstersi *ACL* Abstersi guttis *D Ricc. 606 Britann. 11915*] Guttis abstersisti *Auantius* ‖ 9 Nec *V* Nei *Baehrensius* ‖ manaret *O** ‖ 10 cōmicte *G:* comitte *O* ‖ saliue *G** (*corr G*[1]) saliuia *O** ‖ 12 cesasti *G*, corr g* ‖ 13 michi (m[i] *O*) *V* ‖ ambrosio *V* ‖ 15 penam *V*

100 *Interstitium nullum V.* In Celium et Quintium *in marg. add g. de O u. ad u. 1* ‖ 1 Ellius (*littera prima miniatori reseruata*) *O* ‖ Aufilenam et Q. Aufilenum *Schoellius* ‖ 2 Veronensum *G* [*D Laur. 33, 12 Vatic. 1630 Paris. 8232*]: treronensum *O* [treronensum al. ueronensum *B* trenorensum *AP* treronensium *ACL* (*m. pr.*) Veronensium *L* (*m. sec.*) *H*] ‖ depereret (depere't *O*) *V* ‖ 3 hoc *G:* h' (= hec) *O** ‖ 6 Per facta *Lachmannus:* Perfecta *V* ‖ exhibita est *Lachmannus:* est igitur est (ē g[i] ē) *O* [*ACL Laur. 33, 12,* est igitur *A Brit. 11674. 11915* est igitur (*sscr.* al. exigitur) *B* exigitur *DP Ricc. 606 Vatic. 1630*] ē exigitur est *G* [*et Venet. 107*] Perspecta exigit hoc *ω* Perspecta egregie est *Baehrensius* Perspecta eximie est *Kochius* ‖ amicicia *V* ‖ 7 correret *G** ‖ flama *G*

101 *Interstitium nullum V.* Fletus de morte fratris *in marg. add g. de O u. ad u. 1* ‖ 1 Vltas (*littera prima miniatori reseruata*) *O* ‖ 2 Adueni *Auantius* ‖ has seras *Marklandus* Adueni, has, miser a ω frater, *Baehrensius* ‖ 3 p9tremo *O* ‖ amoris *Maehlius*

Et mutam nequicquam alloquerer cinerem,
Quandoquidem fortuna mihi tete abstulit ipsum,
Heu miser indigne frater adempte mihi.
Nunc tamen interea haec, prisco quae more parentum
Tradita sunt tristi munere ad inferias,
Accipe fraterno multum manantia fletu
Atque in perpetuum, frater, aue atque uale.

102 Si quicquam tacito commissum est fido ab amico
Cuius sit penitus nota fides animi,
Meque esse inuenies illorum iure sacratum,
Corneli, et factum me esse puta Harpocratem.

103 Aut sodes mihi redde decem sestertia, Silo,
Deinde esto quamuis saeuus et indomitus:
Aut, si te nummi delectant, desine quaeso
Leno esse atque idem saeuus et indomitus.

104 Credis me potuisse meae maledicere uitae,
Ambobus mihi quae carior est oculis?
Non potui, nec, si possem, tam perdite amarem:
Sed tu cum Tappone omnia monstra facis.

---

4 mutam] *cf. ad 68, 90* ‖ 5 te te *ω Lachmannus* ‖ 6 Hei misero *Auantius* ‖ *post u. 6 add 65, 9—14 Haasius, alii post u. 6 lacunam esse statuerunt* ‖ 7 h' (= hec) *O:* hoc *G* in terra hac *Rossbachius* ‖ priscoque more *V* ‖ 8 tristis munera *ω* ‖ infri^s^as *O** ‖ 10 ualle *O**

102—116 *Haec carmina omnia sine ullo interstitio et sine ulla inscriptione inter se in V cohaerent, item c. 102 cum c. 101* ‖ 1 Si] I (*prima littera rubricatori reseruata*) *O* ‖ taciti *Heinsius* tacite *ω* quoi quid *Maehlius* quid quoi *Baehrensius* quoiquam tacitum *uel* quidquid taciti *Statius* ‖ ab antiquo *V** ‖ 3 Me aeque *Vossius* ‖ 4 *an* putum*? eodem uocabulo nescio an Catullus usus sit 29, 23* o putissimei Gener socerque ‖ arpocratem *V*

103 *cf. ad c. 102* ‖ 1 sextercia *V* ‖ 2 est o *G* est *O** ‖ 3 mīmi *O* numi (*an* mimi*? ductus illi, apices huic lectioni fauent*) *G* ‖ delectauit *O**

104 *cf. ad c. 102* ‖ 3 si *om O** ‖ perdita *O** ‖ amare *V* ‖ 4 cum caupone *ω*

105 Mentula conatur pipl*eum* sc*a*ndere montem:
Musae furcillis praecipitem eiciunt.

106 Cum puero *b*el*l*o praeconem qui uidet esse,
Quid credat nisi se uendere discupere?

107 Si qu*oi* quid cupido*que* optantique optigit umquam
Insperanti, hoc est gratum animo proprie.
Quare hoc est gratum nobisqu*e* *est* carius auro
Quod te restituis, Lesbia, mi cupido:
Restituis cupido atque insperanti, ipsa refers te
Nobis. o luce*m* candidiore nota!
Quis me uno uiuit felicior, aut magis † hac est
Optandus uita dicere quis poterit?

108 Si, *C*omini, popul*i* arbitrio tua cana senectus
Spurcata inpuris moribus intereat,
Non equidem dubito quin primum inimica bonorum

---

105 *cf. ad c. 102. paragraphum adscripsit g* ‖ 1 pipleum [*ABDL:* pipleium *CAP Laur. 33, 12*] pipileium *V** pimpleum *ω* ‖ scindere *V* ‖ 2 furcilis *V* ‖ eiiciunt *G*

106 *cf. ad c. 102* ‖ 1 obelio *V* [*BDP Vatic. 1630*], *unde* obellio *fecit G*[1] [obellio *ACHL* ebellio *Δ*] Obelli *Ellisius* ‖ esse *V** [*Harl. 2574:* ipse *plurimi libri*, ipse *et in marg.* at esse *L*]. *hinc* ire *conieci*, isse *Meleager* qui uidet, ipsum *Vulpius*

107 *cf. ad c. 102* ‖ 1 quoi quid *Ribbeckius:* quid quid *O** quicquid *G* quid quoi *Baehrensius* quicquam *ω* ‖ cupidoque *aldina a. 1502:* cupido *V* ‖ optigit *O:* obtigit *G* ‖ unquam *G* ‖ 2 Insperati *Heinsius* ‖ h' (= hec) *O** ‖ 3 h' *O** ‖ nobisque est *Hauptius:* nobis quoque *V* nobisque hoc *Statius* nobis, hoc *Froehlichius* est nobis gratumque et carius *Godofr. Hermannus* est nobis quoque gratum et carius *Maehlius* Lido (fuluo *alii*) quoque *Ellisius* ‖ 5 inspiranti *O** insperati *Heinsius. alii post* insperanti *orationem non interpungunt; simul alii non post* Nobis, *sed in fine uersus 5 interpungunt* ‖ 6 luce *V* ‖ 7 hac ē *O* [*P Dresd. Vicent. Harl. 2574*]: me est *G* [*ABCΔ Laur. 33, 12 Vatic. 1630*, me (hac) est *L*] magis hac res Optandas uita *Lachmannus* magis horas Optandas uita *ego conieci, idem Schoellius*, magis hace Optandam uita dicere (ducere *editor cantabrigiensis* degere *Baehrensius*) *Ribbeckius* magis hac re Optandam uitam *Riesius* magi' me esse Optandus uita *Heysius* magi' mi esse Optandum in uita dicere quid poterit *Statius*

108 *cf. ad c. 102* ‖ 1 Sic homini populari *V corr Guarinus et Statius.* arbitrio populari cana (tua *om*) *ω* ‖ 2 ī puris *O* im puris *G*

Lingua execta auido sit data uulturio,
Effossos oculos uoret atro gutture coruus,
Intestina canes, cetera membra lupi.

109 Iocundum, mea uita, mihi proponis amore*m*
Hunc nostrum inter nos perpetuumque fore.
Dii magni, facite ut uere promittere possit
Atque id sincere dicat et ex animo,
Vt liceat nobis tota p*ro*ducere uita
Aeternum hoc sanctae foedus amicitiae.

110 Aufilena, bonae semper laudantur amicae:
Accipiunt pretium quae facere instituunt.
Tu quod promisti, mihi quod mentita inimica es,
Quod nec das *et* fers saepe, facis facinus.
Aut facere ingenuae est, aut non promiss*e* pudicae,
Aufilena, fuit: sed data corripere
Fraudando *est* fic*ti* plus quam meretricis auarae,
Quae sese tot*o* corpore prostituit.

111 Aufilen*a*, uiro contentam uiuere solo
Nuptarum laus *e* laudibus eximiis:
Sed cuiuis quamuis potius succumbere pa*r* est
Quam matrem fratres ex patruo *parere.*

---

4 exerta *G* exercta *O** ‖ 5 guture *G** ‖ coruns (?, *fortasse fuerat* coruos, *quod ipsa m. pr. in* coruus *mutauit*) *O**

109 *cf. ad c. 102* ‖ 1 amore *V* ‖ 2 Hinc *G**, *corr* *G*[1] ‖ 5 perducere *V* ‖ 6 Eternum *G* Eterne *O** Alterum *ω* ‖ fedus *V*

110 *cf. ad c. 102* ‖ 1 Auffilena *V* ‖ 2 preoium *V* ‖ q2 *O* ‖ 3 promisisti *V* ‖ 4 et *Guarinus:* nec *V* ‖ saepe] turpe *Auantius* saeua *Bergkius* ‖ facinus facinus *O*, *corr m. pr.* ‖ 5 promissa *V* ‖ 6 Auffilena *G* Aut fillena *O** ‖ 7 est ficti *scripsi:* efficit *V* officiis *Bergkius* officium *Marcilius* officio *Riesius* est furis *Munro* ‖ 8 tota *V* totam *ω* *Westphalius*

111 *cf. ad c. 102* ‖ 1 Auffilenam *G* Aut fillenam *O** ‖ contēptam *O** contentas *Scaliger* ‖ 2 e (ex) *Scaliger:* est (ē *O*) *V* est laus e *Statius* laus est laudibus ex nimiis *Baehrensius* ‖ 3 pars *V* fas *ω* ‖ 4 parere *om V, add ω.* fratres efficere (concipere *Rossbachius*, suscipere *Heysius*) ex patruo *ω*

112 Multus homo *es*, Naso, neque tecum multus homo*st* qu*in*
*T*e sc*i*nd*at*: Naso, multus es et pathicus.

113 Consule Pompeio primum duo, Cinna, solebant
M*u*cil*l*am: facto consule nunc iterum
Manserunt duo, sed creuerunt milia in unum
Singul*a*. fecundum semen adulterio.

114 Firmanus sal*t*us non falso, Men*t*ula, diues
Fertur, qui tot res in se habet egregias,
Aucupi*u*m, omne genus piscis, prata arua ferasque.
Nequicquam: fructus sumptibus exuperat.
Quare concedo sit diues, dum omnia desint.
Saltum laudemus, † dum modo ipse egeat.

115 Mentula habet *no*ster triginta iugera prati,
Quadraginta arui: cetera sunt maria.
Cur non diuitiis Croesum superare pot*i*s s*i*t
Vno qui in saltu totmoda possideat,

---

112 *cf. ad c. 102* ‖ 1 est *V* ‖ neque] nam *ω* ‖ homost quin *scripsi, item Ellisius et Peiper:* homo *V** [homoque *ACHLΛP Laur. 33, 12 Vatic. 1630 Venet.*, homo sed *D Ricc. 606 Paris. 7990. 8232*] homo est qui *ω* ‖ 2 Te scindat *ego et Peiper* (*hic* Te scandat *quoque*) *post Hauptii* Te scindit*:* Descendit *V* Te escendit *Meleager* ‖ es] est *G** ‖ et] *an* at*?*

113 *cf. ad c. 102* ‖ 1 molebant *Maehlius* ‖ 2 Mucillam *Pleitner:* Meciliā *G** Mecilia *O* Maeciliam *Lachmannus* Moecillam *Luc. Mueller* Mucilla *Riesius* Moechari *Doeringius* Moechi, illo *Statius* ‖ 3 Mansuerunt (*corr pr. m.*) *O** ‖ 4 Singulum *V*

114 *cf. ad c. 102* ‖ 1 saluis *V* [*HΛ Laur. 33, 12 Vatic. 1630* salius *ABCDL*] Firmanus saltu *Palladius* Formianus saltu *Heysius* Firm(Formi-)ano saltu *ω* ‖ mensula *V* ‖ 2 qui quot *ω* ‖ 3 Aucupiā *G* An cupiā *O** Aucupia *ω* Aucupium omne genus, piscis *ω* ‖ aura *G** ‖ 4 Ne quicquam *G* Nec quicquam *O* ‖ exuperas *Scaliger* ‖ 5 sis *Froehlichius* ‖ 6 Saltum *O**: Saltem *G* ‖ dum domo *Lachmannus* ‖ egeas *Auantius* dum modo tu ipse egeas *Froehlichius* dum modo eo ipse *Luc. Mueller* dum modo te ipso egeat *Baehrensius*

115 *cf. ad c. 102* ‖ 1 Mentula, habes instar *Lachmannus* habetne instar *Westphalius* ‖ noster *Auantius uix recte:* instar *G* istar *O** iuxta *Scaliger* iusti *Statius* . *an* , Caesar , *?* ‖ 2 uaria *Baehrensius* paria *Froehlichius* ‖ 3 diuiciis cresum *V* ‖ potuisset *V* ‖ 4 tot moda *V* tot bona *Auantius* ‖ possiderat *O**

Prata arua ingentis siluas saltusque paludesque
  Vsque ad Hyperboreos et mare ad Oceanum?
Omnia magna haec sunt, tamen ipses*t* maximus ult*ro*,
  Non homo, sed uero mentula magna minax.

116 Saepe tibi studioso animo uenante require*ns*
  Carmina uti possem mittere Bat*ti*adae,
Qui te lenirem nobis, neu conarere
  Telis infest*um* mittere *in* usque caput,
Hunc uideo mihi nunc frustra sumptum esse laborem,
  Gelli, nec nostras hinc ualuisse preces.
Contra nos tela ista tua euita*m*us amict*u*:
  A*t* fixus nostris tu dabis supplicium.

---

5 *uersus uix sanus* ‖ iugentis O* ingentes *G* ‖ saltusque paludesque (plaudesque O*) *V* [*BA Vatic. 1630*, saltusque paludes *H Britann. 11915 P Paris. 7990. 8236* saltus paludesque *ACL*] altasque (latasque *Rossbachius* salsasque *Bergkius* uastasque *Pleitner*) paludes *ω* tractusque paludesque *Baehrensius* ‖ 6 occeanum *V* ‖ 7 ipsest *Froehlichius:* ipse si *V* ipse es *ω Lachmannus* ‖ ultor *V* horum *Auantius* maximu lustro (uultur *Meleager*) *Scaliger*. *an* alter? ‖ 8 mentulla G* mencula O*

116 *cf. ad c. 102* ‖ 1 studiose *Guarinus, nescio an recte* ‖ requires *V* ‖ 2 batriade *V* ‖ 3 Quis *ω* ‖ 4 Celis O* ‖ infesta mitteremusque *V* Tela infesta meum (mihi *Baehrensius*) mittere *Muretus* Telis infestum mi icere, musca, caput *ω* Telis infestis mi icere in usque caput *Rossbergius* ‖ 6 hic *ω* huc *Muretus* ‖ uoluisse O* ‖ 7 euitabimus amicta (amitha O*) *V* euitabimus icta *Rossbergius* ‖ 8 Affixus *V* ‖ dabi' *uel* dabi *uulgo scribitur*.

In G haec subscriptio sequitur:

Explicit Catulli Veronensis libellus (*interstitium*)
Versus domini Beneuenuti de Campexanis de Vicencia de resurrectionę Catulli poete Veronensis. : —

Ad patriam uenio longis a finibus exul:
  Causa mei reditus cōpatriota fuit,
Scilicet a calamis, tribuit cui francia nomen,
  Quique notat turbe pretereuntis iter.
Quo licet ingenio uestrum celebrate Catullum,
  Cuius sub modio clausa papirus erat.*

(*interstitium*) Tu lector quicūque, ad cuius manus hic libellus obuenerit, Scriptori da ueniam, si tibi coruptus uidebitur. Quoniam

---

* *Hoc epigramma deest in OACDL Dresd. Gudiano 332 Paris. 8236, aliis. in fine libri catulliani legitur in GH Brit. 11674 Brixiano A VII 4 Canonic. 33 Harl. 2574, sed in omnibus praeter G sine inscriptione. qua carent etiam BA Brit. 11915. 12005 Cuiac. Paris. 8233, qui initio Catulli epigramma habent. itidem initio Catulli sed cum inscriptione legitur in P Gud. 283 Paris. 7990. 8232 Vatic. 1630, in*

a corruptissimo exemplari transcripsit. non enim quodpiam aliud extabat unde posset libelli huius habere copiam exemplandi: Et ut ex ipso salebroso aliquid tantum suggeret, decreuit pocius tamen coruptum habere quam omnino carere. Sperans adhuc ab alliquo alio fortuite emergente hunc posse corigere. Valebis si ei īprecatus non fueris.

1375. menß octobr. 19°. quando c̄asignorius laborabat in extremis. ⁊c (*i. e.* et cetera). : — (*interstitium*)

Lesbia damnose bibens interpretatur. : —

haec omnia in G. — Finito libro referamus gracia Christo. Amen *O* [CATVLLI . VERONENSIS . LIBER . EXPLICIT *A* Finit Liber Catulli poetae *L* Catulli Veronensis liber finit *B* Catulli finis *A* FINIS *CH* Finis MCCCCLXIII *D*]

---

editione omnium antiquissima et in editione uulgo pro principe habita. in his tituli epigrammatis sunt hi: Versus Catulli prohemiales *in P,* Incipit prima elegia Catulli *Gud. 283,* Epitaphium Catulli *Vatic. 1630,* Hextichum Guarini Veronensis Oratoris Clarissimi In libellum Valerii Catulli eius conciuis *Paris. 7990. 8232 et in editionibus quas dixi uetustissimis. eadem in Saibant. quoque codice 323.*

FRAGMENTA

1 *Terentianus Maurus 2754*

Et ferme modus hic datur a plerisque Priapo,
Inter quos cecinit quoque carmen tale Catullus:
'Hunc lucum tibi dedico consecroque, Priape,
Qua domus tua Lampsaci est quaque *lege* Priap*i*:
Nam te praecipue in suis urbibus colit ora
Hellespontia ceteris ostriosior oris'.
Et similes plures sic conscripsisse Catullum
Scimus.

2756 *Caesius Bassus p. 260, 13* (*cf. p. 268, 4*) apud Catullum 'Hunc — Priape' *eundem uersum citant Atil. Fortun. p. 292, 14. Mar. Victorin. p. 119, 6. 151, 8* (ut apud Catullum 'Hunc — Priape'). *152, 9. 11. Censorin. p. 615, 11* || 2757 lege *add Buecheler: omissum apud Terentianum* || Priapi *Buecheler:* Priape *apud Terentianum.* quaque silua, Priape *Scaliger* usque quaque *Keilius* Lampsaci erit quaque *Lachmannus* || 2758. 59 *Mar. Victorin. p. 151, 22* ut est apud Catullum 'Nam te praecipue in suis', dehinc 'Hellespontia ceteris'

2 *Nonius Marcellus 134 M.* 'Ligurrire' degustare, unde abligurrire, multa auide consumere . . . . Catulus priopo 'de meo ligurrire libido est'. Catulus *libri Nonii, nescio an recte* (*cf. fragm. 9. 10*). Catullus Priapo *editores Nonii* Priapeo *Lachmannus* o Priape, ubi de mero *Luc. Mueller*

3 [*Porphyrio ad Horatii carm. 1, 16, 25* (*cf. etiam commentator* *'oratii cruquianus ad locum eundem p. 44b et Ios. Klein, über eine* *'andschr. des Nicolaus v. Cues, Berl. 1866, p. 110*) . . . iambi autem ɜrsus aptissimi habentur ad maledicendum. denique et Catullus, cum aledicta minaretur, sic ait 'at non effugies meos iambos'. *ꜰ. 40, 2*]

4 [*Seruius ad Verg. Aen. 4, 409* (Quosue dabas gemitus, cum ιora feruere late) *haec adnotauit:* Infinitiuus hic a tertia est coniugaone, id est a 'feruo feruis'. nam secundae coniugationis uerba perdito ' quod habent ante 'o' in tertiam migrant: ut 'ferueo feruo', 'fulgeo ılgo'. hinc est (*Aen. 8, 677*) 'Feruere Leucaten auroque effulgere ıctus'. sic etiam Horatius (*ep. 1, 13, 19*) 'Vade uale caue ne titubes andataque frangas'. nam 'caue' 'ue' longa est . . . sed dicimus a ırtia coniugatione esse imperatiuum, ut 'cauo cauis'. hinc etiam Caıllus 'cauĕre' dixit. *respexit ad 50, 18. 19 et 61, 152*]

5 [*Seruius ad Verg. Aen. 5, 609:* notandum sane etiam de Iride rcum' genere masculino dicere Vergilium: Catullus et alii (*masculina nissum puto*) genere feminino ponunt referentes ad originem, sicut ıec 'Attis' et haec 'Gallus' legimus. *respexit ad c. 63*]

6 [*Caesius Bassus p. 262, 19 Keilii:* Catullus in anacreonteo * * .des, inquit, o Cybebe'. *lacunam indicauit Keilius, qui Catulli ɹrsiculum* (*63, 91*) dea magna, dea Cybebe *h. l. excidisse statuit.* ɪm *uersus* Ades — Cybebe *est Maecenatis, cui ipse Bassus paullo ıte* (*p. 262, 6*) *attribuit*]

7 [*Seruius ad Verg. Aen. 5, 591* (Frangeret indeprensus et inmeabilis error) *adnotauit* Est autem uersus Catulli. *respexit ad 64, 115*]

8 [*Plinius nat. hist. 28, 19:* hinc Theocriti apud Graecos, Catulli alui *Vnger*) apud nos proximeque Vergilii incantamentorum amaria imitatio. *cf. Catulli 64, 323. 327 cet.*]

9 [*Seruius ad Vergilii georg. 2, 95* (quo te carmine dicam, ıaetica?) *haec adnotauit:* Hanc uuam Cato praecipue laudat in libris ıos scripsit ad filium: contra Catullus (Catulus *Suessius*, Caluus *nger*) eam uituperat et dicit nulli rei esse aptam miraturque cur m laudauerit Cato. sciens ergo utrumque Vergilius medium tenuit cens 'Quo te carmine dicam, Rhaetica? (*cf. Martial. 14, 100* '*Panaca*': non ignota est docti tibi terra Catulli, Potasti testa rhaetica uina ea *et Plin. h. n. 14, 67*)]

10 [*Varro de L. L. 6, 6 p. 74 M.:* Nox quod, ut Catulus (*sic cod.* ɹ*rentinus,* Catullus *codd. aliquot deteriores*) ait, omnia, nisi interɜniat sol, pruina obriguerint, quod nocet nox]

11 [*Nonius 546 M.* 'Carchesia' . . . alias summa pars mali, id est foramina, quae summo mali funes recipiunt . . Catullus ueronensis 'Lucida qua splendet carchesia mali'. *sed hic uersus est Cinnae, cf. Isidor. orig. 19, 2, 10* Cinna: 'Lucida confulgent alti carchesia mali' *et schol. Lucani 5, 418 p. 377 Web.* Cinna: 'Lucida cum fulgent summi carchesia mali'. *cf. 64, 235*]

12 [*Seruius ad Verg. Aen. 7, 378* (Ceu quondam torto uolitans sub uerbere turbo) *haec adnotauit:* 'Turbo'. Catullus hoc 'turben' dicit, ut hoc 'carmen'. *pro* Catullus *Nansius et Nic. Loensis restituerunt* Tibullus, *cuius in carm. 1, 5, 3 illud* turben *ex Charisii p. 145, 8 auctoritate legitur. cf. etiam Catulli 64, 107*]

13 [*Nonius 547 M.* 'Properiter'. Catullus: 'Animula miserula properiter abit'. *sed uersus est Sereni, cui adscribitur a Diomede p. 513, 10 K. cuius in libris* obit *et* obiit *legitur.* abiit *Lachmannus*]

14 [*Scholia ueronensia ad Verg. Aen. 8, 34 Angelo Maio teste haec habent:* Carbasus et masculino et feminino genere dictus est. Catullus: Cann*ubı*ae . . . carbasus . . ros umbrosa c . . . an . . . *Sed Keilius editionis suae illorum scholiorum p. 99, 29 testatus est uerba* Catullus cannubiae *nec se iam in codice uidisse nec talia qualia Maius legit sibi ueri similia fuisse. cum Keilio consentit A. Herrmannus, qui ipse quoque codicem ueronensem recognouit, in Fleckeiseni ann. 1866 p. 71. cf. Vnger de Valgio p. 483*]

15 [*Ellisius in Catulli ed. alt. p. 221 adnotat Vibii Sequestris codicem Brit. 16986 post uu.* In athamatia lacus lune tenuia ligna accendit ex quo bibens aut insanit aut sopitur (*p. 12, 9 Burs.*) *haec habere minoribus litteris tamquam perscripta pagina addita, incertum an ab eadem manu:* Lacus Comi, Catullus 'Et Lario imminens Comum'. *cf. Cat. 35, 4 et Petrarcae itinerarii syriaci p. 559 ed. Basil.* Nam hoc Mediolano proximum, Lario imminens, Alpibus adiacens Comum est, non Cume *et eiusdem epist. famil. 17, 6 p. 444 Fracass.* urbem ipsisque subiectam Alpibus et famoso lacui impendentem Comum]

INDEX VERBORVM

LOCIS DVBIAE LECTIONIS ASTERISCVS (*) ADDITVS EST

Lipsiae typis I. B. Hirschfeldi.